¶ Quicquid est ens est vere ens: sed vnū est ens ergo est vere ens. ergo vere ens ē vnū. Inde argu it vlterius sic oē ens vnū vere est ens sed accns est extra vnū vere ens. ergo accns nō est vnū vere ens g° vnū ens est sbā. ¶ Et inde argumētū ꝓduxit vlterius sic. quicqd est vnū caret multitudine ꝛ mo tu. q aūt oē qꝺ est vnū careat motu ꝛ multitudine ꝓbat ex hoc qꝺ mouet. mouet ad aliquid q non habet. q aūt nō habet est extra se. g° mouet ad id qꝺ est extra se. ſz extra ens nihil est. g° si mouet ens mouet ad id qꝺ nihil est qꝺ est falsū. g° ens est vnū ꝛ īmobile. ¶ Patet aūt in his sillogism⁹ q sup ponit ens vno mō dici ꝛ ideo idē esse dictu. aliqd esse extra vere ens qꝺ est esse extra ens ꝛ hoc non est verū: qz vere ens est p se ens ꝛ sbā. ens aūtē am bigue dicit de sbā ꝛ accīte. peccat aūt in forma eo qꝺ nō sequit aliquo mō si tm̄ dicat eē ens ꝛ extra ens nihil esse dicat q tm̄ sit vnicū ens. qz licet tātū ens esse dicat tm̄ pñt esse entia plura q̄ entis recipi unt ꝓdicatiōez p prius ꝛ posterius sic sbūz ꝛ accns ꝛ iō nō segtur est tm̄ ens g° tm̄ vnicuz ens. pmeni des enī accepit vnū ens ꝓ vnico ente. tm̄ nō equo caba taliquid: ꝛ iō magis ꝓpositū suum inferebat quā mellissus. videamus aūt hoc q diximus p sin gula. ¶ Dicamus g° qz falsa assumit pmenides ī eo qꝺ supponit ens simplr. hoc est vno mō dici cū multipliciter dicat sicut ꝓbitum est ſz nō cōcludit i forma sillogismi sicut videre possumus tali exēplo ¶ Si enī nos ponamus q nihil sit nisi albū ꝛ q albū significet vnū q ē ens tūc segt q oē qꝺ ē: ē al bū. sed albū est vnuz. g° oē qꝺ ē: ē vnū. Et si inferat vlterius sic. oē q ē: ē vnū. g° non sunt multa non va let. qz cū dicit oē qꝺ est: est albuz significat sbūm ꝛ accns. ꝛ hec duo nec rōe nec ꝓtinuatiōe sūt vnū. ꝛ ꝓstat oibus q nec sunt īdiuisibile vnū. ꝛ iō illa sim plicit sunt multe eēntie ſz vnū sint sbō. q aūt aliqua vnū sint sbo ꝛ multa in eēntia: nō vidit nec intelle xit pmenides. Et simili nō sequit qcqd ē ꝑter. ens ē nō ens. Ens aūt est vnū qz vnū ꝛ ens ꝓuertunt. g° quicqd ē ꝓeter vnū ē nō ens. g° ens ē vnū ꝛ vni tum. qz ſz tm̄ ens sit ꝛ hoc sit vnū quodāmo p ana logiā tm̄ multa eē possunt quoꝛ vnū est vt sbūm q est sbā ꝛ alia sūt sicut accītia ī sbā sicut nouē ꝓdica menta accītiuz. Cō. xxv. ¶ Qꝺ aūt dicim⁹ q aliud esse diffinitū ē albo ꝛ sbō qꝺ suscipit ipm nō itelligimus ita q accns sepetur a sbō. qz accns nō est sepabile a sbō eo q accītis eē est ineē. ſz alteꝛ ē eē albo ꝛ sbō cui ieſt albū. qz si diffiniat sbūm alia erit eius diffinitio fm q ē sbā ꝛ alia albi inq̄tuz ē albū. ¶ Patet igit qualr parmenides ꝛ falsuz as sumpsit ꝛ in forma argumentandi peccauit.

¶ Ca. viij. ꝺ destructiōe siue ī ꝓbatōe pmenidis.

Olumus aūt nunc destruere ꝛ īꝓbare v pōem eius necessarijs argumentis. ꝑ per diuisionez. Tex. ꝛ cō. xxvi. ¶ Qz si omnē ens vnū ē: aut est vnū q ē: qꝺ est accns. aut est vnū qꝺ ē sbā. Si aūt est vnū qꝺ est accns cum accītis esse sit inesse cuidā de quo ꝑdicat denoia tiue necesse ē q ens illud qꝺ est ōe ens non solū si gnificet ens accītale de quo predicat. ſz ēt oꝛ q sit illud qꝺ vē est ens ꝛ vnū ꝛ hoc ē sbūm. Cū. n. acci dens semp de quodā sbō denoiatiue dicat. si dica tur solū accns eē ꝛ nō sbūm sequit illud non eē cui accidit illud qꝺ ē. qz sequit sbūm nō esse cui accit. q solū esse positū ē. Sbūm eim est alterum ab en te qꝺ positū est esse. ſz sequit etiā ex ipsa rei veritate q illud sit cui accidit ens. ꝛ veri⁹ sit q̄ illud qꝺ ac cidit ei. g° ex his duobus sequit q aliquid sit cuz nō est. qz sbūm nō esse ponit: cuz tm̄ sequat ipm eē si accidit ei ens. ¶ Si aūt sbūm nō est tunc ēt ac cidens nulli alij inerit cū accns per hoc q ponitur nō ineſse sit illud qꝺ vere ē. Si eim sbūm nō eē po natur tunc accns nō inerit ei qꝺ est vē esse sed sbō. nisi ens multa significare dicat sbūm videlz ꝛ acci dens. ꝛ tunc segtur q esse sit ad vnūqꝺq̄ multipli citer dictū de sbā ꝛ accītibus. qꝺ est contra ypote sim qz ꝓcessuz ē vnū solū significare qꝺ ē accidēs.

Tex. ꝛ cō. xxvij. ¶ Si vo dicat pmenides q ens qꝺ est oia significās. ꝛ iō vere ens nulli accidit ꝛ sic sbā cui accidit aliqd: tūc ꝓcedemus ꝓ eū p si gnificatū eius q vē eē dicit. Cōstat. n. q id qꝺ vē est magis significat ens q̄ nō ens. Si. n. ponam⁹ simile vt dicam⁹ q vē ens significat albū qꝺ ē sbm cum accidente. tunc fm pmenidem albo inq̄tum album non cōuenit vere esse. g° ei subiecto q soluz

ponit esse a parmenide non pōt accidere ens: iō qz id qđ est nō vere ē. z iō gcgd nō vere ē vt sbā illđ nō est. Sz nō ens nō accidit alicui: g̃ sbō quod eē ponit nihil accidit de oībus accidentib⁹ qz illa nō vere sunt. g̃ illud sbūm nō est albū. qz albuz fm qđ ē albū est accns. Si aūt dicat qđ accidēs nō simplr est nō ens: sz nō ens aliqd qđ est sbā z vē ens. boc stare nō pōt cū hoc qđ dicit: qđ gcgd est pter vere ens: est nō ens. nō ens ēim nō tm̄ dicit non ens hoc vel illud sz dicit simplr nō ens. z qđ ē simplici ter nō ens nulli accidit: sicut prius, pbatū est. Sed cū dicit illud vnū qđ ponit esse parmenides esse albuz sicut suppositum prius: ipūm vere significat eē albū. g̃ vere ē albū. g̃ qđ nō est vē: ē. Uerū eiz erat dicere qđ illđ vnū albū. est sicut dicit hypothesis. z hoc nō significauit qđ ē ens sz qđ nō est ens Si vero z albuz significat qđ vē est: tunc oz qđ ens. multa significet que sunt sbā vel accns. z hoc negauit parmenides. Tex. z cō. xxviij. ¶ Ulteriꝰ ēt sequit ex dicto pmenidis qđ magnitudo non sit qz si id qđ ē pter vnū solū est nō ens cū magnitudo diuidit vtrīq partiū ē altez esse partiū. g̃ sunt extra vnū solū. g̃ partes sunt nō entes. Sz totum cōstituit ex partibus. g̃. ēt ipsa magnitudo tota. z ñ ens: qđ est incōueniens z ꝓtra sen uz. ¶ Adhuc aūt si dicatur sola sbā esse sequit ádhuc multa esse diuidit ēim id qđ vere ē in aliquid aliud qđ ēt vere est. z hoc manifestū est in diffinitione essentiali si cut videre possumus in hoīe. Et dicamus diffinitio hois sit animal bipes. Si ēim hō dicat vē esse oz ēt qđ aīal vere sit z qđ bipes vere sit. qz id qđ vere est nō constituit ineē nisi ex his que vere sunt. Si ēim diceret qđ aīal z bipes nō vere sunt: tūc oportet qđ essent accntia. z si hoc eēt tunc oporteret qđ vl accideret hōi vel alicui alij sbō. Et pbemus ꝑmo qđ nō sunt accntia hōis. accns ēim duplex est. s. separabile z inseparabile. accns. ēim sepabile dicit eē illud qđ cōtingit ineesse z nō ineesse. Accns aūt sepa rabile ē illud in cuius diffinitiōe cadit sbūm cui accidit z ē exēpluz sepabilis accidentis vt sedere. qđ cōtingit ineesse z nō ieesse. Inseparabile aūt accns ē vt simū: in cuius diffinitiōe cadit nasus cui accidit simuz. Tex. z cō. xxix. ¶ His bītis amplius dicamus qđ qcueñq cadūt in diffinitiuā rōem alicuius aut ex qbus sunt illa que cadūt i diffinitiuā rō ne alicuius illa nō possunt econuerso recipe ea in quoz rōe cadunt in suas diffinitiones. Sicut ēim in pbemio diximus. diffinitū est sicut quoddā totum cōstitutū ex diffinientibus. sicut hō cōstituitur ex aīali z bipede z illa ēt cōstituūtur ex alijs sibi superioribus essentialibus sicut aīal ꝓstituitur ex coꝛpoꝛe animato sensibili. Et sic oz venire vsq ad primuz genus z ipossibile qđ hō veniat in alicuius superioris diffinientis rōem. Et iō cū bipes diffiniat hoīem nō pōt hō cadere in diffinitionē bipedis sicut cōuenit in accntibus. Sbūm ēim sumitur in diffinitione accntiuz qz in diffinitiōe albi qñ alb⁹ dicitur esse hō cadit rō albi hoīs: sicut i prima philosophia dicere habemus. ¶ Si igitur ea que diximus habent hunc modū z hōi accidit bipes necesse ē qđ aut accidat ei vt separabile accns. aut vt i separabile. Si aūt accidit ei vt separabile tunc cōtinget hoīem nō esse bipedē qđ falsuz est. Si vero accidit vt inseparabile accns: tunc oz qđ hō cadat in diffinitione bipedis qđ itez est falsuz cū bipes sit i rōe hois diffinitiua. ¶ Si pp hoc dicatur qđ aīal z bipes accidit alicui alteri sbō q̃z hōi tunc oz qđ ēt cōstitutuz ex eis accidit alij. qz si cōstituentia non sunt vere entia z cōstitutū ex ipis nō erit vere ens. g̃ hō est accns z nō vere ens. qđ est falsuz z contra hypotheliz. g̃ si dicat id qđ vere ē significare vnū solum qđ est sbā. adhuc sequitur multa entia esse.

Tex. z cō. xxx. ¶ Parmenides aūt hic dixit qđ vere ens nulli esset accns z esse ipūm qđ vere est de quo ambo dicunt. s. sbūm qđ deſert accntia. de illo ēim dicit qđ est sbā z vere ens z accns denominas dicit de eodē. z dicit vere ens dici vtrūq istoꝛ qz sbūm vere est in eo qđ ē sbā z accns vere ē in eo qđ significat vere esse qñ denoiatiue de sbō predicatur. Et dicit ēt id qđ est ex his vere esse. sed hoc totū dicit eē indiuisibile vnū. Si aūt hoc dicatur tunc sequit totū cōponi ex idiuisibilibus qz nō vidit parmenides diuersitatem essentie que cātur ex formis eo qđ ipse formalē cām nō vidit sz mālem. Materiā aūt dixit esse q̃tum coꝛpus. z hoc dixit esse idiuisibile qz si ꝓponeret oporteret esse qđ aut ex diuisibilibus aut ex idiuisibilibus cōponeretur nō aūt pōt componi ex indiuisibilibus qz indiuisibilia nō faciunt q̃tum aliqđ. sz si cōponit ex indiuisibilib⁹ oporteret qđ illa iterū ex minoꝛibus diuisibilibus cōponerent z illa itez ex alijs. z sic semp procederet vsq ad puncta idiuisibilia ex quib⁹ prima q̃ta cōponerent. qđ est ipossibile. g̃ z hoc ipossibile est qđ totū ex diuisibilibus cōponat. g̃ totuz fm qđ vnūm esse dicitur est in se indiuisibile vnuz z nō compositū. verūtamen istā rōem pmenidis i probandaz reseruabimus vsq in libū de generatione z coꝛruptione. qz per rōes democriti z leutippi ibi soluetur.

¶ Cap. viij. de his qui vtriq positioni parmenidis z melisi consentiunt. Tex. z cō. xxx.

Unt aūt quidā preteritoꝛ qui vt riq rōi parmenidis in parte cōsentūt z in parte cōtradicunt. prime rationi consentiunt

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

dicẽtes qm̃ oia vnũ sũt. si q est ens significat tãtuz vnũ qđ est ve ens. sz dicũt cũ hoc: qz ẽ etiã illud q nõ est. qz accñs qđ est extra ens significat esse tm̃ đ noiatiue p̃dicat de eo q vere est. Scđe ãt rõni qz dicit magnitudines esse indiuiduas in hoc ꝓsenserunt q dñt quasdaz magnitudines esse indiuisibiles. sz in hoc ꝑdicũt q dicũt ꝓponi magnitudinez totius ex paruis indiuisibilibus q̃tis z magnitudinib9. Tex. z cõ. 30. ¶ Et volũt euitar vnũ icõueniẽs q dixit totũ nõ ꝓponi z incidũt in aliud ꝓcedẽtes puas magnitudies eẽ idiuisibiles. Tex. z cõ. 31. ¶ Sz ꝑ hoc ẽ id qđ ẽ mãifestũ qđ ñ vz ẽ q dicũt. si eni det ens vnũ significare solũ z det ẽt ꝑdictoria nõ posse esse simul vera tũc id qđ est extra ens nõ p̃t esse ens qm̃ ens de nullo diceret nisi in significatiõe sbe z q est extra sbam nõ hẽbit p̃dicatiõem entis. g9 erit nõ ens. Si ãt cũ hoc dicat esse ens erit non ens simul z ens. z sic ꝑdictoria simul erũt va q non põt eẽ. Cũ. n. dicit q id qđ est extra ens sit nõ ens z illud cũ sit ens oz vt negatio nõ ꝓhibeat nõ ens esse simplr qz sic esset nihil. sz oz vt ñ ens sit nõ ens aliquid hoc vel illud q ponit ve eẽ z hoc est negatio in genere z nõ negatio absolute z extra genus negans z ꝓhibens entitatẽ. Est ergo i cõueniẽs dicere q vnũ sit oia nisi aliqd aliud a ve ente esse ponat extra ip̃z ens z sic ens plura significabit. s. ve ens z accñs. Et hoc manifestũ est ẽt alia rõne: qz cũ dr ve ens nõ itelligit in intentiõe ve entis necꝫ adiscit ꝓ nomẽ eius nisi q ve ens sit aliqd sz hoc ꝓcesso q aliqd sit ve ens nõ est ꝓbitũ. ꝓ hoc q nõ sint multa que sũt entia quoꝝ nullũ ẽ extra ens sicut dictũ est prius. ¶ Manifestũ est g9 ex his q̃ dicta sũt q ipossibile est q ea q̃ sũt hoc mõ vnum sint sicut dixerunt melissus z pmenides.

¶ Ca. x. z est digressio declarãs intellectũ dictoꝝ melissi z pmenidis.

St aũt attẽdendũ ad oium horum itelle
c ctũ q isti viri solã mãm reꝫ esse dixerunt
pncipiũ sicut etiã diximus supra z cã de
ceptiõis eoꝝ fuit hec qm̃ si nos resoluam9 mãz sen
sibiliũ ꝓtinget venire in materiã q̃ sola q̃titate det
minat eo q corpus mã est sensibilis corpis. si autẽ
corpus resoluam9 ꝓtinget venire in mãm q̃ ẽ cor-
poreitatis susceptibilis z hoc est ꝓle siue origo z nõ
bz esse corpale nisi in corpe z hic nõ idigemus vlte
riori materie resolutiõe. Sz infra loq̃mur de mã in
telligẽtiaꝝ. vtrũ vna sit cũ mã corpoꝝ z quõ vna. sz
hic nobis sufficit q̃liter oium corpoꝝ mã est vna.

Cõ. vij°. ¶ Hãc aũt mãz totã sbãz z totũ esse
oim corpoꝝ eẽ dixerũt: qz formã que est in mã eẽ ñ
perceperũt sz putabãt ipam per nõ ve ens distingui
qz formas z accñtia nõ dixerũt esse nisi in sentire z
apparere z nõ ineẽ sicut adhuc multi dicũt quoꝝ
pr̃ erroꝛis est alexander z dauid de diuinato q se-
quit9 est alexãder in hoc z iõ dixerũt q id qđ est ex
tra ens z extra ve ens. z hoc nõ est ens. sz videt esse
fm sensum z estimatiõem z q hõ z asinus sũt vnũ
sed apparẽt alia z ꝑdictoria sũt simul vera si appa
reat vnũ vni z alterũ alteri. qz cuz mã prima vna sit
id qđ agit plitatẽ nõ ẽ ve ens sz esse videt. Cõ.
xli. ¶ Et distinxerũt id q esse est in id qđ ve est fz
significari. Et in id q ve est scõm rez. vere. n. est fm
rẽ q ratã z verã bz entitatẽ. z bo ẽ materia prima q̃
sola entitas ẽ rerũ. vere aũt significat q apparet vz
significãti fm estimatiõem z sensũ. z iõ fm istos bñ
ꝓtingit q aliqd ve significat z cuz est extra ve ens.
Superius ãt bite sũt ꝓbatiões sup hoc q aliud ẽ
ve significari aliqd z aliud ve significari eẽ. cũ ãt dr
hõ est albus: nõ significat ve albũ fz dicẽtẽ sz signi
ficat albũ ve eẽ in re: qz accidit ve enti. Et oẽ accñs
ve enti bz entitatẽ z sic necesse est q ens multa signi
ficet: z dicat multiplr de ente per se qđ est sbũm pri
mũ materie z de ente in illo qđ denoiat ipm vt for
ma accñtal. ¶ Has ãt opiniões sic explanat ale-
xander i quodã libello. vbi oia vnũ esse qđ est mã
ꝓbare intẽdit z dauid de diuinato in libro thomo
rũ. Nos ãt vtruz oia sint vnũ ꝓscrutabimur in pte
inferi9 sz in sufficiẽtia bz dẽterminari in ꝓma phia.
¶ Ca. xi. de opiniõibus eoꝝ qui phice sũt locuti
de pncipijs naturalibus.

Upra nos diximus q si vnuz est pncip
s piũ materiale naturaliũ: aut est imobile si
cut dixerũt mellisus z pmenides aut mo
bile sicut dicũt phici. ¶ Quia g9 iã diximus rõnes
eoꝝ qui dixerũt imobile z vnũ. Tangamus ẽt eos
q dixerũt mobile z vnũ: qz isti nãli sũt locuti. Tex.
z cõ. xxxij. ¶ Dicamus g9 q illi q dicũt sic phici
in duos ꝓsentiũt modos. qdã. n. illoꝝ qui dicũt
vnũ eẽ ens. dicũt q illud est corpus sbũm motui z
est aut triũ eloꝝ vnũ. s. ignis vel aer vl aqua aut ali
ud corpus p̃ter ela qđ est densi9 igne z rarius aere
Illi. n. qui vnũ eloꝝ ponũt ꝓncipiũ nõ posuerunt
terrã esse pncipiũ ꝓpter terre imobilitatẽ. Illi ãt
qui dixerunt mediũ inter elementa potius inter
ignem z aerem medium esse dixerunt quã iter alia
quia videbant q nullum elemẽtoꝝ simpliciter erat
rarum nisi ignis. Uidebatur autem eis q prima
contraria erãt rarum z densum: z ideo voluerũt q
pncipium materiale medium esset in alterutrum
passionem permutabile. s. raritatem z densitatem
generabant enim omnia pncipia z reliqua elemẽ
ta per raritatem z densitatẽ. per illa eni tota multi-
tudo rerum constituebat fm eos nec erat diuersi-
tas alterius forme in rebus nisi per rarũ z densum

hec enim dicebant esse contraria que principium materiale pmutant. ¶ Alii autē loquēdo dicebāt ista ꝓria esse excellētiā z defectū p additiōem z diminutionē ptium materie. sicut plato qui dixit qđ magnū z puū sunt ꝓria sed differebat ab alijs. plato in hoc q ipse dixit q duo ꝓria. s. magnū z puum sūt mālia z dixit formale principiū eē vnum. ¶ Alij vo dixerūt q māle principiū est vnū z ꝓria que dicta sunt differētie sunt z spēs ipsi⁹. qdā aūt intēdūt p aliā viā: qz dicūt q ex vno oia ꝓtinēte segregātur ꝓrietates que inherent ei z sunt in ipso actu quidē sz latent sicut fecit anaximādros z quicūq; alij phi naturales hoc modo dixerūt esse vnū principium z multa. sicut dixit empedocles z anaxagoras. oēs enī isti alia segregari dicūt ex illo vno sicut ex q̄dā ꝓmixtiōe. sz differūt inter se in eo q empedocles z sui sequaces infinitas fieri dicunt circulationes ex mixto z in mixtū: qz qđdā tempus hz mūdus vt dicit q res generate exeūt ex mixtiōe quattuor elemētoꝝ: z qđdam tp̄s in quo generata oia redeunt ad ipm: z sic circulādo ppetuo pmanet mundus. ¶ Anaxagoras aūt nō ponit circulū sed exitum solum tm ppetuū esse mundū ex eo q infinitū est q exit ex mixto in quo iacent ea que egrediūt ex ipo Differunt etiā in hoc q anaxagoras elemēta rerū dicit esse infinita. oia enim silia i ptibus que bōgenia dicūtur: dicit esse ꝓria principia. Empedocles aūt nō ponit prima ꝓria principia nisi q̄ttuor elemēta. hoc igitur sunt qui dicūtur naturales de principijs phicis. rōnes aūt oium istoꝝ non oz nos hic ponere: qz vtrū vnum sit principiū vel plura infra dē terminabimus. Empedoclis aūt pōnē in libro de generatiōe z corruptione habemus tangere. vbi loquemur de elemētoꝝ generatione. sed positionē anaxago. hic determinare oportet: z ideo ratiōes quibus suā pbauit positiōem ponemus hic solū.

Tex. z cō. 33°. ¶ Sunt autē rationes eius due: quaruꝫ vna est q ipse supposuit q opinio cōmunis omniū naturaliū est vera. s. q nihil fit ex eo qđ non est: z dñt illud fieri ex eo qđ nō est q fit ex illo qđ non est aliquid sue eēntie. hec enī fuit causa quare dixerunt q in vno mixto sunt omnia simul quia si aliquid eoꝝ que facta sūt ibi non fuisset oporteret q illud factum fuisset ex eo qđ nō est aliquid sue eēntie: z ideo factum esset ex nihilo. Huiꝰ autem fieri quādo fit ex eo q est dixerunt qđ est alterari qz in tali fieri nihil fit nouū. sed q latebat exit in aptū. ¶ Alij aūt dixerūt q tale fieri est congregari z segregari a discōueniētibus: z horum omnium in libro de generatiōe z corruptione differentia z ratio ēterminatur. hec ergo est ratio vna anaxa. q oportuit qđ omnia inerant in vno que sunt similium ptiū ex quibus postea per cōpositiōem istoꝝ alia generātur sicut manus z pes z huiusmodi.

Tex. z cō. xxxiij. ¶ Amplius aūt ex eo qđ ꝓria fiunt ex alterutris dicebāt oia eē in vno. qđ. n. fit ex aliquo insuit ei prius. dicūt enī q oē q fit necesse est fieri aut ex bis q̄ sūt aut ex bis q̄ nō sūt: sz ī possibile est fieri ex bis q̄ nō sūt qđ est alterū membrū dionis: qz oēs q locuti sunt de nā puenerūt in hoc q nihil fit ex bis q̄ nō sūt. g⁹ relinq̄t reliquuꝫ mēbꝝ supradicte dionis qđ ē fieri ea q̄ sūt ex bis q̄ sūt actu z insūt ei ex quo fit z q fit. Insūt. n. oia ī oibus sz sūt insensibilia nobis pp puitatē magnitudinū q̄s hūt qñ insūt. Dicunt. n. oēs fere nāles q oia bōgenia in oib⁹ bōgenijs mixta sunt. pp id q oia ex oibus videbāt fieri. ¶ Si aūt q̄rit q̄re vnū bōgenioꝝ denoiaī ab vno z alterū ab altero si oia sūt in oibus. dī. n. vnū aq̄ z alterū sanguis z tertiū medulla z sic de alijs. dicebāt q nomē accipiūt ab eo qđ supabūdat in eis z cōtinet alia in forma sua eo q plures hz ptes in mixtura cōi que infinita sūt fm numerū suaꝝ. Dicūt enī q nullū totū sincere ē albū aut nigrū: aut dulce: aut caro: aut os: aut aliqd alioꝝ qđ est bōgenioꝝ. Sed vnūqđq; videtur z indicaī fm denoiatiōem illud eē de quo plus hz fm mixturā rei bōgeniorum.

¶ Ca. xij. z est digressio declarās explanatiōem harū opinionū que dicta sūt vt intelligūtur ea que obiscienda sunt cōtra eos.

Tex aūt intelligāt q̄ obiscieda sūt ꝓ istas opiniones intelligēdū est in quo ꝓueniūt, z ī quo differūt z quid ponūt. Cōueniūt āt in hoc q ex nihilo qđ est absolute z simplr nō ens nihil fit. z iō oz q quelibet res fiat ex aliquo qđ est aliquid sue eēntie formalis. Illud aūt qđ est aliqd sue eēntie formalis aut est intra mām aut est extra ipam. Si aūt ponaī extra ipaz tūc oportet q sit luxdatoris formarū. q est intelligētia irradiās sup materiā eoꝝ q̄ fiūt. z sicut lux solis incorpata superficiei corpis nō parui est vna z facit multos colores fm diuersitatē superficiei: qz si est clara facit albuz: z si est opata facit nigrum. z si est media facit colores medios. ita lux intelligētie cū sit vna facē formas diuersas. fm diuersitatem ꝓportionis materie: z hec fuit positio platonis z ante eum pytago. Et ideo dixit q magnum z paruum sunt materia: quia quantitates consistunt ex proportione magni z parui z vnum est forma qđ est lux datoris formarum. Si autez id exquo est res qđ est aliquid essentie rei generande siue fiende sit intra materiam. tunc diuersificabantur opiniones in tres sectas phoꝝ. Quidam enī dicebant q compositio est duplex. z vna earum est prior alia. ¶ Est enim cōpositio et hō-

genioꝝ ex hõgenijs sicut manus ꝛ pes componit ex carne ꝛ neruo ꝛ osse ꝛ silibus alijs. Et vlterius hõgenia cõponũtur ex elemẽtis ita ꝙ in cõstitutione hõgenioꝝ mixtorũꝫ cõueniũt elemẽta. Et illi dixerunt formas elemẽtorum esse semina oĩum formarũ. ꝛ qñ semina ꝓueniũt ad ꝓueniẽtia sibi fm ꝓ portiõem mixture tunc cõstituũt hõgenia que sũt sanguis ꝛ os ꝛ similia. ꝛ hoc modo dixit empedocles ꝛ ideo dixit ꝙ in elemẽtorum mixtione saluãt forme elemẽtoꝝ ꝛ nõ corrũpũtur ꝛ precipue ignis qui ꝓpter vim actiuã in nullũ trãsmittat elemẽtoꝝ eo qõ nõ vincitur vt dixit qualitas eius ꝛ cum miscentur elemẽta constituunt hõgenia sed non sunt colligata. ꝛ ideo sunt sicut germana ad germanitatem non adducta. vnde empedocles dixit ꝙ ĩmixto multorum germanorum capita sunt sine cerui ce colligante capita corporibus ꝛ postea per amicitiam facientem ꝓuenire germana fiunt ꝛ hõgenia. ita ꝙ germana manui veniũt ad manũ ꝛ germana boĩ ad boĩem ꝛ sic de alijs. totis ꝛ ptibus ꝛ hõgenijs hec igit fuit positio empedocles. Cõ. xxxij.

¶ Fuit aũt positio anaxag. ꝙ similia in ptibus q̃ dicũt hõgenia sint principia prima. qz ipse dicebat hec prioꝛa esse elemẽtis ꝓpter id ꝙ videbat ꝙ materia fm sui sbãz separata est a cõtrarijs. similia autem minus bñt de ꝛrietate quã elemẽta. ꝛ ideo dicebat ptes hõgenias ꝓpositoꝝ esse principia materialia elemẽtoꝝ. Et ꝙ ponebat ꝙ oĩa sunt in oĩbus actu sed latent ꝙ ꝛ ideo dixit ꝙ caro est in ligno ꝛ ecõuerso. latet aũt in eo ꝙ mĩnorũ est partiũ. in eo aũt apparet qõ est partiũ maiorũ. ꝛ ideo iste nõ dixit principia mãlia esse quattuoꝛ sicut empedo. sed potius infinita per numerũ ꝛ ꝙ licet principiorum esse in quolibet fieri ꝛ fieri ꝙ licet ex quolibet. exq̃ sequit ꝙ licet esse principium ad alterũ ꝛ principia tũ ab illo ꝛ generatiõem dixit alteratiõem. ¶ Nõ etiã dixt empedo. sed aliter ꝛ aliter: qz empedo. dixit ꝙ non sit nouũ sed qõ est spsum in seminibus colligit ad germana ꝛ hoc collectũ cõstituit formaꝫ generati. iste aũt dicit ꝙ hõgenium latens exit ad manifestũ ꝛ aliud similiter ꝛ tertium ꝛ sic de alijs ꝛ hec constituũt ꝛ hõgeniũ ꝓpositum ex hõgenijs ꝛ hec est generatio rei vt dicit. Secta aũt Arꝛ. ꝛ per ypathet icoꝝ est qõ oẽ qõ fit est in eo ex̃ quo fit ĩ potẽtia que nõ est nisi forma: qz potẽtia est bitualis q̃ est eẽntia forme pfecta ꝛ quasi forme ĩchoatio ꝛ fit qñ ꝓducit ad actũ per generationem ꝛ nos hic de his positiõibus nõ intendim⁹ disputare. sed in methaphisica disputabimus de ipsis oñdentes quid habeãt veritatis. opinio tñ empedo. ptinet ad generatiõis elemẽtorũ sciam ꝛ ideo de ipa in lib. de generatiõe ꝛ corruptiõe determinãdum erit. Sz cõtra anaxag. disputabit eo ꝙ ipse ponit principia infinita ꝛ nos hic de principijs intendimus determinare in quo sunt numero.

¶ Ca. xiij. de destructione opinionis anaxag. in eo ꝙ posuit principia esse infinita ꝛ qõlibet esse in quolibet. Tex. ꝛ cõ. xxxv.

J ergo ponat principiũ eoꝝ q̃ sũt entia eẽ s infinitũ oz ꝙ sit ignoratũ: qz fm multitudinẽ in numero ꝛ fm magnitudinẽ in cõtinuo acceptũ infinitũ est q̃stũ qõdã ignoratũ. Jnfinitũ aũt fm numerũ spẽm suarũ est quale qõdam ignoratũ his tribus modis anaxag. principia dixit esse infinita. hõgenea. n. q̃ sũt lapis ꝛ lignũ ꝛ caro ꝛ sanguis ꝛ os ꝛc. huiusmodi infinita possint eẽ multitudine. ꝛ cuz multitudo eoꝝ sit a formis ꝛ speciebus suis dixit etiã infinita esse spẽ. Et qz posuit generatiõem infinitã ꝛ qõlibet fieri ex quolibet. iõ dixit ꝙ lz istoꝝ eẽ infinitũ magnitudine. qz infinit⁹ sanguis ẽ in aqua ꝛ ecõuerso ꝛ infinita caro ĩ ligno ꝛ ecõuerso: qz alr vt dixit in ifinito tpe nõ sp aqua educeret de sanguine ꝛ ecõuerso. ¶ Si aũt principia sic sũt infinita fm multitudinẽ ꝛ spẽm tũc ipossibile erit cognoscere totũ ꝓpositũ ꝛ hõgeniũ ꝙ sit ex similib⁹ infinitis. Nos. n. nõ hẽmus cognitiõez cõpositi fm qõ ꝓpositũ est aliã nisi qñ scim⁹ ex qbus ꝛ quot ꝓponẽtib⁹ est. hoc aũt iõ ꝓuenit: qz intellẽz oz trãsire sup dñas ꝛ ptes eius qõ ũtelligitur si bñ debeat ꝓphendi ꝙ intellectũ. sed infinitum ptrãsiri nõ põt. ꝛ iõ remanet nõ intellectũ nisi fm quid. scitur. n. inc̃ptũ ifinitũ est vt in tertio hui⁹ scie libro determinabim⁹. Tex. ꝛ cõ. xxxvj. ¶ Ampli⁹ ne cessariũ est qõ totũ sit ifinitũ cui⁹ ptes sũt ifinite. tales. n. ptes dicim⁹ eẽ toti⁹ ꝓpositi in ꝙs cũ insũt toti diuidit totũ ꝛ hoc mõ pũcta nõ sũt ptes ꝓtinui toti⁹: qz in ea nõ diuidit ꝓtinuũ. Si ãt totũ ꝛ hõgenium ꝓpositũ ex silibus sic est aial vel planta nõ est ifinitũ ipossibile est ptes silES ex qbus ꝓponit ꝛ in ꝙs diuidit eẽ ifinitas. oz. n. qõ q̃stũ ad diffinitiõez totũ sit silr sic ptes. Caro ãt ꝛ os ꝛ hmõi ptes sunt aialis. ꝛ fruct⁹ sũt ptes plãtarũ. ¶ Mãifestũ est ꝙ qõ ipossibile est carnẽ aut os aut aliqd talium ifinituz esse magnitudine fm maius vel min⁹: qz oz qõ ẽt ꝓpositũ eẽt infinite puũ vel infinite magnũ cui⁹ ꝛrium videm⁹ oculis. Tex ꝛ cõ. xxxvij. ¶ Amplius si oĩa hmõi silia in ptibus insũt in se iuicẽ vt dixit anaxag. ꝛ nõ fiũt noua sz potius segregãt ab alijs qbus iũt ꝛ sic ꝓcedũt ad aptũ ꝛ denoiant a plimo. cũ tñ oĩa sint in quolz eoꝝ ꝛ si qõlibet eorũ fit ex quolibet eoꝝ sic ex carne segregat aq̃ q̃ inest ei ꝛ ecõuerso ex aq̃ caro. manifestũ erit qõ cõtinget aliqñ qõ nõ qõ lz est in quolibet. Et hoc pz tali rõne. cũ. n. totũ finitũ sic erit ꝛ pars finita sicut cõstat

ex rõne antecedente. hoc finitum recidi z segregari põt a finito. Remoueat ergo aliquãta caro ex aq̃ z iterũ postea aliquanta z sic fiat semper cũ sit finita caro in aqua oz q aliqñ stet segregatio ista. nõ aũt stat nisi qz tota caro iam remota est. ergo tũc nõ oẽ erit in quolibet: qz in aqua remanẽte post segregatiõem nõ est caro. ¶ Si vo dicat q in scõa segregatiõe minor caro segregat ab aqua qm̃ in prima sic sp minor in posteriorib9 segregat. istud nõ ipedit qz licet semp minor sit cũ nõ tanto minor est q excellat oẽz paruitatẽ parua. ergo finita i carne segregata separãt totã carnẽ ab aqua ipsa. ¶ Si autẽ dicat q tõo non stat segregatio: qz caro est infinita in aqua. hoc erit ipossibile: qz cõstat ad visuz q ea que segregãtur sũt magnitudine finita z sunt equalia z totũ est finitũ. Sequit g9 fm hoc q eq̃lia finita fm numerũ q̃ sũt in magnitudine finita isunt ei q magnitudine infinitũ est. Infinitũ ergo bz finitas ptes se numerãtes qõ est impossibile: qz sic seq̃ret q infinitũ eẽ finitũ. Tex. z cõ. xxxviij. ¶ Ad huc aũt si ꝓcedat nobis q oẽ corpus a quo remoueꝛ aliqua pars eius necesse est fieri minus scõm quãtitatẽ. ꝓstat aũt ex scõa supra bita rõe q carnis determinata est z finita q̃titas fm magnitudinem z paruitatẽ. tãta. n. põt esse magnitudo eius q nõ est caro z tãta põt esse paruitas eius q iterũ nõ erit caro: qz nõ põt facere carnis opus. Manifestũ est tũc q ex minima carne nullũ corpoꝛ similiũ nãliũ segregari poterit. Si enĩ deꝛ ex minima carne aliquid segregari oz q segregatũ sit minus quã illud ex quo fit segregatio. ergo erit aliquid minus minimo. Licet enĩ in cõtinuo mathematico nõ sit accipere minimũ cũ in phicis corporibus minimũ accipiat z maximũ: qz oĩm natura z pstantiũ deus qdã est z determinata rõ magnitudinis siue dimẽsiõis i puitate z magnitudine. hoc ãt pbabim9 in primo libro de generatione z corruptiõe. Jn his q̃ dicturi sum9 cõ democritũ z leucippũ. ¶ Amplius cum qõlibet sit in quolibet oz q in infinitis silibus corporibus insit infinita caro z cerebrũ infinitũ z medulla infinita z in istis q̃ dicta sũt z alia silia corporũ infinita sunt: z hec oĩa infinita sunt distincta in loco z formis: qz sũt que sũt fm suas spẽs licet sint in alijs. g9 infinitũ infinities est in quolibet aliorũ z hoc est irrõnabile valde. nõ enĩ indigemus in nã qõ sit infinities vnũ infinitũ in quolibet cũ semel infinitũ inesse sufficiens sit. Tex. z cõ. xxxix.

¶ Qõ aũt obijcit ab anaxag. q vnũ ab alio neq̃ quã sit segregãdũ sed semp remaneat fm aliqd in ipo lz sit verũ de aliqbus tm̃ nõ est dictũ sciẽtis cãz dicti. Dixit enĩ hoc anaxag. iõ qz putabat id qõ ẽ infinitũ fm totũ ab eo cui inest extrahi nõ posse et hoc insciẽter dictũ est sicut pz ex phicis. sz dem̃ vm est de passiõib9 q̃ sũt accñtia. Jlle enĩ nõ sũt sepabiles a sbo. Si igit colores z bit9 z accñtia alia dicãtur ẽẽ mixta sic dicit anaxagoras z q segregẽt sicut alia hõgenia: tũc oz ꝓcedere q aliqd sit albũ fz q albũ z sanatũ fz qõ sanatũ cũ alterũ nihil q sit sbz istoꝛ z qõ ista denoiatiue õ sbo nõ dicũt qõ ẽ flim. ¶ Ex oib9 bis igit clarũ ẽ itellẽs anax. ẽ icõueniẽs z q̃rẽs iposibilia qñ vult segregaꝛ q̃ nullo segregabilia sẽ neq̃ fz q̃titatẽ neq̃ fz q̃litatẽ. Si. n. fz q̃titatẽ fit segregatio min9 sp erit segregatũ quã id vñ segregaꝛ z tũc min9 mimo qõ ẽ icõueniẽs sic supra oñdim9. si ãt fz q̃litatẽ vult segregaꝛ erit iõ icõueniens: qz accñtia isepabilia sint a sbo sic vltimo oñdim9. Tex. z cõ. 40. ¶ Peccat ãt etiã anaxa. in cã sue põnis. putabat. n. q nũq̃ generaꝛ aliqd nisi ex sili sibi fm spẽm. z ideo ponit omnia in omnib9 fm speciem. nos. n. videmus q non tãtũ sit simile in specie ex sili sz ẽt dissile ex dissili. Diuidit. n. p generatiõem aliqñ lutũ in luta q̃ sũt silia in spẽ luto z aliqñ nõ ẽ idẽ mod9 generatiõis i alijs qbusdã. fiunt. n. lateres ex luto z est aliquo mõ silis generatio ex sili. z fit dom9 ex lateribus z ẽ generatio dissimilis ex dissili z hoc nõ est tm̃ in artificialib9 sz etiã in nãlibus: qz aer fit ex aq̃ sibi dissili z ecõuerso.

Tex. z cõ. xli. ¶ Dignius autẽ est pautioꝛa et finita pncipia accipe dũmõ ex his cãri possint nãlia quã infinita. z in hoc vm dicit ẽpedocles q finita pncipia ponũt rerũ nãliũ. ¶ Argumẽtabat. n. anaxa. dicẽs q si ex nihilo fit nihil oz q ex aliquo fiat aliqd. aliqd dico cui9 sba z spẽs sit i eo exquo fit: qz alr id ex quo fit nihil eẽt eius qõ fit. Si autẽ ex aliquo fit aliqd nolebat inferre q eadẽ rõe fiunt ex multis multa z ex infinitis infinita. sz ea ex qb9 fiunt q̃ fiũt sũt pncipia. g9 pncipia sũt infinita. hoc ãt nõ oz qm̃ multitudo q̃ ẽ in pncipiatis ad paucitatem q̃ est in pncipijs reducit z in hoc meli9 dixit empedocles quã anaxag.

¶ Tractatus tertius primi libri phicoꝛ de pncipijs fm sniam verã. c. i. qõ pncipia sint ꝑria falsi.

Alia ãt iã de pncipijs poluim9 sniam alio
q rũ dicem9 deinceps de ipis eisdẽ oñdentes. pmo q̃ sũt fm genus z deinde in quo numero sint z tãdẽ ẽt soluem9 õfectus z dubitationes ãtiquoꝛ. Tex. z cõ. xli. ¶ Omnis igit phici pueniũt i hoc qõ dicũt pncipia eẽ ꝑria. Jlli. n. q dicũt vnũ eẽ ens z imobile sic milliſſus z pmenides dicũt ꝑria eẽ nõ in re sz i apparẽdo q̃ faciũt i rebus apparẽtẽ in sensu diuersitatẽ. pmenides. n. ẽt cum alijs dicit pncipia eẽ ꝑria. sic. n. supra diximus iste ponebat entia eẽ duplicia. s. vã z estimabilia z vã q dã sũt itelligibilia q̃ sũt qditates rez z sba res oẽs

vniēs. Sēsibilia āt sūt estimabilia ꝛ faciētia ī appa rētia diuersitatē cui⁹ diuersitatis cām dixit eē ꝯria q̄ sūt calidū ꝛ frigidū ꝛ hoc dixit eē ignē ꝛ terrā q̄tū ad prima sba ꝯrioꝝ q̄ ꝓncipia eē dicebat. qdā aūt alij ꝯria prima dicebāt esse rarū et densuꝫ ponētes prima ex pte materie. Democritus aūt prima dice bat esse firmū siue plenū ꝛ solidū ꝛ īane siue vacuū ꝛ hoꝝ alterū qđ est plenū dixit eē sic ens. alterū āt qđ est īane dixit eē sic nō ens. ¶ Adhuc āt id qđ dixit eē sic ens qđ ē firmū siue plenū dixit dras ha bere pone ꝛ figura ꝛ ordīe et hec dixit eē genera ꝯ/ rioꝝ: qꝝ positio generis ē ad surſū et deorſū ꝛ añ et retro: ꝛ dextrū ꝛ sinistrū. Figura āt ad angulosum ꝛ rectū siue latitudinis plane ꝛ ad rotūdū. Ordinē āt dixit eē vni⁹ ad alterū ex eo q̄ q̄drata rotūdis vl trigonis ꝓponūt. Licet. n. āgulus nō ꝯriet rcō fm eē ꝯriat tñ fm motū vt dixit democrit⁹: qꝝ acutum hñs angulū pūgit ꝛ penetrat sic ignis ꝛ ascēdit. pla nū āt ꝛ obtusum hebes est ꝛ graue ꝛ descendit.

Tex. ꝛ cō. xlij. ¶ Manifestuꝫ est igit ex dcis q̄ oēs phi tā phice quā ñ phice loquētes de princi piis dicūt ꝯria esse pncipia: cui⁹ cā dicti est: qꝝ prin cipijs tria sūt ꝓpria. oꝫ. n. principia neq; ex alteru tris eē ita q̄ vnū sit ex alio. ꝛ oꝫ etiā q̄ ñ sint ex alijs prioribus se. ꝛ oꝫ tertio q̄ ab ipis sint alia. hec aūt tria insūt ꝯrijs primis. ꝓpterea. n. q̄ illa ꝯria sūt pri ma ꝓuenit eis eē nō ex alijs prioribus: qꝝ si eēnt ex alijs tūc illa eēnt prioza ex qbus eēnt ꝛ sic ipa non eēnt prima qđ ē ꝯ ypothesim. Jō āt qꝝ sūt ꝯria ꝛ ꝯ rioꝝ vnū nō ē cā p se alterius ꝓuēit eis nō eē ex al terutris. Si. n. vnū eēt ex alio p se tūc illō eēt pncí/ piū eius ꝛ ꝓueniret cū ipo ī eēntia ꝛ tūc nō eēt ei ꝯ/ riū. Qualr āt tertia ꝓpietas ꝓuēiat eis. s. q̄ ex ipis sint oīa alia oꝫ p rōem ꝓsiderare q̄lr ꝓtingat et hāc ꝓsideratiōeꝫ ponem⁹ in iductiōe eoꝝ q̄ sūt ꝛ gene/ rātur. Tex. ꝛ cō. xlij. ¶ Accipiēdū igit ꝑmū est q̄ oīum coꝝ q̄ sūt ī nā nihil aptū est facere ꝛ age re in qđcūq; neq; aptū ē pati a quocūq; sꝫ fac qđ fac ꝛ agit in ꝯriū ꝛ patit phice a ꝯrio. Neq; p se fit qđlibet ex quolibet nisi p accns. p accns. n. ꝑt fieri qđlibet ex quolibet sic albū ex musico si accidat ni gro qđ sit musicū. sꝫ nos de illo q̄ sic fit p accns ñ loqmur. qꝝ hoc ē accns cōe ꝛ nō ꝓpriū ꝛ hoc p ar tē nō pōt termīari. p se āt albū fit ex nō albo qđ est priuatio albi ꝛ iō nō ex oi nō albo fit albū: qꝝ ex eo nō albo qđ est absoluta negatio albi nō fit album qꝝ priuatio relinqt sbūm cū aptitudine ad formaꝫ qđ nō facit negatio. Aptitudo āt ad formā iā ē ali qd forme ꝛ qꝝ ꝯria sūt genere vnū ꝛ specie diuersa ꝛ genus ē forma ipfecta q̄ nō est forma simplr sꝫ ali qd forme iō aptitudo materie ad formā ē vna. rō duoꝝ ꝯrioꝝ lꝫ dispō ad duo ꝯria nō sit vna: qꝝ di spositio fit p accītia iclinātia māꝫ magis ad vnuꝫ ꝯrioꝝ quā ad alterū. ꝛ hec est cā q̄ albū nō fit ex nō albo qđ absolute negatiuū est albi. fꝫ actū ꝛ aptitu dinē siue potētiā. sꝫ sit ex ñ albo qđ ꝓuatiuū est al bi. hoc āt est nigrū vl medio colore coloratū. Nos āt ifra dīaꝫ dabimus iter mediū iter ꝯria ꝛ iter na turaꝫ mediā ꝯrioꝝ q̄ subijcit vtriq; ꝯrioꝝ. ¶ Sic āt est in formis coꝝpalib⁹ in qbus est alteratio sim pliciter dicta: ita ē in formis mētalibus in qbus etiā est alteratio dicta fm qd. musicū. n. fit ex nō musico ꝛ nō ex oi nō musico sꝫ ex īmusico qđ priuatiuū ꝛ nō negatiuū est musica. aut ex medio inter musicuꝫ ꝛ īmusicū si aliqd ipis est mediū. Inter priuatiōeꝫ eniꝫ ꝛ habitū fm qđ b⁹i fm se accipiūt nihil est me diū. sꝫ fm q̄ cāntur a ꝯrijs mediū hīe ꝓpt illud idē qđ est mediū ꝯrioꝝ. musicū āt ꝛ īmusicū mediū hñt dispositū ad musicā. Dispositio. n. dupliꝛ accipi ꝑt. s. fm id qđ est q̄litas q̄dā ꝛ fm id qđ est dispō ꝛ ñ bitus. ꝛ primo qdeꝫ mō est de nā bitus ꝛ hoc mō media est iter priuatiōem ꝛ bitū. Secđo āt mō op ponit bitui: qꝝ p hoc qđ est facile moueri opponit ei quod est difficile moueri. Tex. ꝛ cō. xliiij. ¶ Sic āt vidimus hoc ī exēplis generatiōis ꝛ al teratiōis ita facile est hoc videre in corruptiōe siue sit corruptio simplr siue sit corruptio q̄dā. Jd. n. q̄ corrūpit in qđcūq; ꝓtingēs nō corrūpit si primuꝫ accipiat in qđ primo ꝛ p se corrūpit. albū. n. nō cor rūpit ī musicū: qꝝ ipoꝝ aptitudo ī sbō nō est vna sꝫ corrūpit albū in nō albū ꝛ nō in qđlibet ꝓtingens nō albū: qꝝ nō corrūpit in negatiuū albi sꝫ in ꝓua/ tiuū albi qđ est nigrū vel mediū iter nigrū ꝛ albū. ¶ Silr āt in mētalibus q̄litatibus: qꝝ musicū nō corrūpit nisi in nō musicū ꝛ nō in qđcūq; nō musi cū sꝫ in priuatiōem musici qđ est īmusicū. aut ī me/ diū iter musicū ꝛ īmusicū si ipis est mediū aliqđ sic oñdimus ꝓus. hoc āt ē videre silr ī oībus alijs sim plicis forme exīstētibus q̄ generāt vel corrūpūt si ue generētur simplr siue fm qd generatione dcā ge nerent. Qđ āt dīa sit iter generatiōeꝫ simplr dcaꝫ ꝛ generatiōem quo: ꝛ inter alteratiōem simplr ꝛ al teratiōem quo: dicere habemus in primo libro py geneos. boc est de generatiōe. Tex. ꝛ cō. xlv. ¶ Hoc āt qđ diximus nō tm̄ est in his q̄ sūt for me simplicis sꝫ ēt in his q̄ fiūt cōpone q̄dā tā ī ar tificialibus quā in nālibus. In artificialibus qdeꝫ sic est forma domus. In nālibus autē sic est forma corpis organici phici qđ ex diuersis ptib⁹ ꝓponit sꝫ tñ in his magis latet iō q̄ dispones ꝛ forme op posite in eis nō hñt noīa. et hoc ꝓuēit iō q̄ nomē illud deberet iponi a ꝓportiōe ꝓpositoꝝ. ꝓportio āt illa frequēter ignota est ꝛ iō nō aptat ei nomē tñ necesse est q̄ ꝓsonās ꝓpositū in ꝓportiōe ptū ꝛ ar

monia fiat ex icõsonãti ꝛ qñ corrumpit: corrumpit in icõsonãtiã priuatiue oppositã psonãtie illi que dicta est ꝛ nõ in nõ psonãtiã q̃tũ p accñs acceptã.

Tex. ꝛ cõ. xlvj. ¶ Hec est dña q̃tum ad pñtẽ tractatũ vtrũ dicamus psonãtiã illã attẽdi in ordine pponẽtium vel in cõpõne eoꝝ: qꝛ quocũq; mõ dicamus vna erit rõ q̃tũ ad termios generationis ꝛ corruptiõis. Cõpositio. n. necessaria ẽ pponẽtiuꝫ qꝛ distãtia nõ faciũt ppositũ ꝛ ordo est necessarius qꝛ lꝫ nõ distent ptes tñ inordinate existẽtes nõ cõ ponũt totum: ꝛ iõ siue careat ppõne siue ordine sp corruptio facta est in nõ psonãs. hoc aũt satis patꝫ in artificialibus ꝛ accipiamus totũ in quo magis ẽ ppõ cã. cũ. n. fit domus nõ fit ex his q̃ pposita sũt qꝛ sic iã esset domus lꝫ poti⁹ fit ex ptibus diuersis ꝛ ita fit psonãs ppositio ab incõsonãti dione ita q̃ circa eadẽ sumit ppõ psonãtie ppõnis ꝛ incõsonãtie dionis. Eodẽ mõ si accepim⁹ totũ in quo plus est ordo ptiũ faciẽs psonãtiam sicut est figura siue imago vel idolũ qđ pstituit ordo eleuatiõis ꝛ depssiõis ptiũ ꝛ ceterarũ figurarũ oꝫ q̃ cũ sic siat ex nõ figurato siue effigiato ꝛ nõ ex quocũq; lꝫ ex eo qđ susceptibile est figure. vnũqđq; n. taliũ pstituit aut ppõne ptiũ aut ordine aut vtraq; sicut pstituit corpus organicũ phicũ ex ppõne sillium ꝛ hõgeniozũ mẽbroꝝ ꝛ ordine figuratiõis. Tex. ꝛ cõ. xlvij. ¶ Si ergo vm est qđ dictũ est q̃ inde licet oẽ qđ fit fit ex his q̃ dicta sũt: ꝛ id qđ corrũpit corrũpit ĩ illa: hoc est ex ꝟrijs fit ꝛ in ꝟria corrũpit vel in hoꝝ media. Media. n. sũt ex ꝟrijs sicut colores medij sunt ex albo ꝛ nigro: oꝫ q̃ oia q̃ nãliter fiũt ꝛ corrũ punt fiãt ꝛ corrũpant ex ꝟrijs aut in ꝟria vel ĩ hoꝝ media: ꝛ tũc pꝫ q̃ oia sunt ex principijs eo q̃ ipsa sunt prima ꝟria ad que oia alia reducũt: ꝛ hec fuit tertia ppꝛietas principioꝝ. Cũ aũt dicit mediũ ꝟrioꝝ esse sicut fuscũ est mediũ ĩter albũ ꝛ nigrũ. et cũ dicit mã siue ſbũm esse mediũ ꝟrioꝝ accipit mediũ hic ꝛ inde equoce: qꝛ mediũ qđ ẽ forma inter ꝟria hꝫ pticipatiue vtrũq; ꝟrioꝝ p eẽntiã formalẽ. Sbz autẽ mediũ nõ hꝫ ꝟria nisi potẽtialiter q̃ potẽtia ñ est actus aliqs sed est cõsusa quedã ꝛ imꝑfecta forme ꝟriozũ inchoatio sicut nos inferius explanabimus. Ca. ij. q̃ oẽs phici psentiunt in hoc q̃ pricipia sunt ꝟria lꝫ differẽter determinauerit de ipsis ꝟrijs que sint. Tex. ꝛ cõ. xlviij.

Epincipijs aũt loquẽtes fere oẽs psentiunt in hoc q̃ pincipia sint ꝟria. Fere ãt dico ꝓpter anaxa. g similia ꝛ hõgenia posuit principia ꝛ intellectũ agentẽ facere discretiõem eoꝝ: qꝛ ille sicut in. xi. prime phie continet pricipia ꝟria nõ posuit. ꝓpter qđ redarguitur ibidem ab Arꝛ. in penultimo caplo eiusdẽ libri. Oẽs eni ãti qui ꝓter anaxag. principia elemẽtalia ꝛ ea que ipsi vocant principia. siue vere ea ponant esse principia sine sine rõne ꝛ non vere dicunt ea esse contraria tã quam ipsa veritas coegerit eos ad hoc dicendum. ¶ Sed differunt ab inuicẽ in hoc q̃ alij accipiunt pro principijs ꝟria priora ꝛ alij posteriora. priora eni dicunt eo q̃ illa sũt prima. posteriora aũt dicũt quidaꝫ alij eo q̃ illa sunt proxima ꝛ magis eẽntialia cãtis. differũt ẽt in hoc q̃ qdã dñt illa contraria esse principia q̃ sunt notiora fm rõem ꝛ intellectum Alij aũt dicũt illa esse principia q̃ sunt notiora. fm sensum. dico ãt fm sensum sic calidũ ꝛ frigidũ q̃ q dam ponũt pricipia sicut fecit pmenides. alij ãt dicũt pricipia esse humidũ ꝛ siccũ que etiã fm sensuꝫ sunt notiora. Qui ãt ponũt notiora fm ĩtellectũ. q dã ponũt parẽ ꝛ imparẽ principia eo q̃ ꝓportiõi bus numeroꝝ oia fieri ꝛ ligari ad inuicẽ nãlia dixerunt sicut pitagoras. Alij ãt dixerunt pricipia discordiã ꝛ pcordiã: vt est empedocles. hec eni dicũt esse cãs generatiõis. ¶ Differũt. n. hoc mõ pdcõ. ꝓportionaliꝫ ãt se hñt etiã in rõne põnis principiorum Qui. n. calidũ ꝛ frigidũ principia esse dixerũt ad principiũ actionis qđ trãsmutat mãm respexerunt. Qui vo humidum ꝛ siccum dixerũt esse principia psiderauerũt qđ illa sunt in natura ptinuãtia ꝛ terminãtia mixta corꝑa eoꝝ q̃ generãtur. Ad eadem ãt ꝓportionaliter respexerũt illi qui priora ꝟrijs intellectũ principia esse dixerunt. par. n. ꝛ impar attenduntur in partibus colligatis ad cõpositi nãm perficiẽdam sicut humidum ꝛ siccum. sed discordia ꝛ pcordia mouentia sunt ꝓportionaliter fm rõnem sicut calidum ꝛ frigidum mouẽt in sensu.

Tex. ꝛ cõ. xlix. ¶ Patet igitur q̃ oẽs isti ꝛ ea dẽ dicũt quodãmõ ꝛ altera quodãmõ. altera eniꝫ dicũt: qꝛ plẽs eoꝝ alia supponũt ꝟria qñ assignãt pincipia. Eadẽ ãt dicunt fm analogiã hoc est proportionem principioꝝ ad actus eoꝝ vt dictum est. Accipiũt ãt ꝟria diuersa ex ipa coordinatõe ꝟriorũ in q̃ coordinatiõe ꝟrioꝝ q̃dã sũt cõia q̃dã pticularia ꝛ quedã priora ꝛ q̃dã posteriora ꝛ priora cõia sunt continentia. posteriora autez particularia sunt cõtenta. Sic igiꝫ dicũt silr quodãmõ ꝛ aliter alio⁹ ꝛ pe⁹ aliquo mõ meli⁹ aliquo mõ. Et hi notiora fm intellectum ꝛ alij notiora fm sensum. Est. n. intellectus ꝛ rõ vlis sensus ãt est particularis: qꝛ cũ intellectus abstrahat a mã que cã est indiuiduatõis nõ põt esse pticulare in intellectu. Sensus ãt cũ accipiat pñtem mãm que nũc cã est indiuiduatiõis non põt esse sensus nisi indiuidui pticularis. Cõtrariũ ãt hui⁹ videt dcm supra vbi oñsum est q̃ totuꝫ fm sensũ notius est. Sed ibi satis oñdit solutio eoꝝ q̃ ad hoc extgunt. plato ãt posuit magnum ꝛ paruuꝫ

que fm rōnem sunt. Alij āt posuerunt ratiōm z dē sum que sunt fm sensum. ¶ Manifestum est igit ex dictis q̄ principia oz esse contraria.

¶ Ca. iij. z est disgressio declarans qualiter principia oz esse contraria z que cōtraria sunt que principia dicuntur.

J autē p̄ria sunt principia sicut ꝓbatū eē videt ex añ hītis. p̄ria aūt sunt que posita sub eodē genere maxīe a se distant. videt q̄ p̄ria nō sunt principia generis ſz potius ꝓsequūtur genus: z ita videt q̄ p̄ria non pñt esse principia que non sunt ex alijs. ¶ Adhuc aūt ſba ſbe non est cōtraria: sed potius qualitas qualitati. qualitas āt non est principiū mobilis corporis in eo q̄ mobile. videt igitur q̄ principia nō sint contraria: qm talia principia querimus que corporis mobilis in eo q̄ mobile sint principia. ¶ Adhuc autē quedaz nāliū z mobiliū corporum sunt extracta extra p̄rietatē sicut celū z in eis tm oz accipere principia nature. videt ergo q̄ principia nature nō sunt contraria

Cō. xli. ¶ Si forte aligs velit sequi auicennā z auenroym in solutiōe q̄ōnis dicentes q̄ p̄ria sumūt dupliṙ. ſ. large z stricte. stricte. n. sūpta p̄ria sunt qualitates prime vel cāte ex primis. large autez sūpta ꝓtraria sunt cōtinentia sub se priuatiōem z habitū: z ita intelligitur qm dicit q̄ principia sūt p̄ria: qz sunt opposita vt ꝑuatio hītꝰ. videbit hec distinctio nihil valere: qz vbi Arꝛ. probat duo esse p̄ria principia. rōne vtit ad hoc q̄ ad agendū sufficiunt duo: ergo fm Arꝛ. principia sunt agētia. priuatio aūt z hītus non agunt. priuatio. n. nihil agit: ergo videt q̄ ista distinctio nō sit fm sniam pypateticorū. ¶ Adhuc q̄liter priuatio diceret esse principiū cū ipsa nihil sit. lz eni relinquat ſbm ꝑpriū tñ nihil ponit. sicut cecitas que nihil plus ponit in oculo ꝺ visu quā in lapide. licet in oculo relinquat ſbm visus ꝑpriuz. qꝺ nō facit in lapide. Sē āt principiū videt esse tale q̄ ex ipo cātur aliqd qꝺ p̄icipiat ab ipo. ¶ Adhuc āt q̄ si genera oppositoꝝ debeant reduci nō reducēt in p̄ria ſz potꝰ reducēt in affirmatiōem z negatiōem z priuatiōem z hītū. Quid g̊ cāe est q̄ principia noīant p̄ria. Luz āt p̄ria sint opposita vt priuatio z habitꝰ. ¶ Adhuc autē oppositoꝝ genera ab antiquo sūt distincta. Quid g̊ cāe est q̄ antiqui principia dixerūt eē p̄ria potꝰ quā opposita vt ꝑuatiōez z hītū. ¶ Ampliꝰ fm añ dca oz cū non sint ex alijs nec ex alterutris esse sil' i eodem subiecto. Talia aūt que simul sunt in eodem subiecto nullo opponūt genere oppositiōis. Videbit ergo opinio anaxag. ex hoc vera esse. q̄ vide licet principia non sint opposita: sed velut quecūq̄ contingentia vni z eidem subiecto sicut albuz z musicum z similia. ¶ Adhuc autem si dicerentur ꝑncipia esse opposita tunc relinqueretur ea non posse simul esse in ſba materia. aut igitur vnum erit i ſba materia. z alterum erit simpliciter extra ipsam: aut vtrunq̄ erit extra. Et quodcunq̄ istorum detur sequitur inc̄ueniens: q̄ videlicet aliquod principiorum nature sit extra materiaz. qꝺ si verum est sequitur q̄ non transmutet nec materia trāsmutetur fm ipsum: qꝺ est extra ipsam generatiōem sicut in methaphisicis ꝓbat. ¶ Adhuc aūt ad generatiōem rei sufficit q̄ vnum sit actiuum z alterum passiuum Sūt aūt hec forma z materia. hec aūt semp simul sunt in natura z nullo genere oppositōis opposita ¶ Adhuc autē supra hītū est q̄ vna ꝓprietas ꝑncipioꝝ est q̄ ipsa non sunt ex alterutris. Constat āt etiā ex ante hītis q̄ ꝓtrariorum vtrūq̄ fit ex altero ergo principia nō sunt p̄ria sed potius filia vel contingētia eidē subiecto nō p̄ria vt videt. Si autem z hoc cōcedat habet rursuz quādā dubitatiōez. qm que erit hītudo vnius ad vnū si talia sunt non opposita principia eadē erit hītudo eiusdē ad infinita eo q̄ infinita accidūt eidē subiecto: nō ergo esset positio vera que inducta est supra q̄ tñ sit musicuz ex imusico non sit ex quolibet imusico: qz fm hoc posset fieri ex quolibet z corrūpi in qꝺlibet qꝺ ꝛobatū est in añcedētib⁹. ¶ Ad oīa aūt hec sine ꝓiudicio aliter dicēdū ꝑ modulo nostro dñis fm doctrinā Arꝛ. qui princeps fuit pypateticoꝝ principia esse p̄ria z eōuenerūt etiaz fere oēs alij in hāc sniam licet differrēt in modo z suppositis ꝓtrariorum sicut diximus. hec autem cōtraria sunt illa inter que est motus z mutatio que permixta est motui sicut infra dicemus: que licet in singulis mobilibus sint alia z alia tamen in cōmuni ratione dicuntur contraria: z hoc oportet nos loqui in cōmuni: quia sic est processus scientie a cōibus ad specialia qꝺ qualiter sit dico q̄ sicut ē in genere z differētijs respectu speciei constituende ita est in materia z cōtrarijs respectu rei constituende per fieri z moueri scōm naturam. Genus enim est generalis forma que ideo generalis quia est imperfecta et indeterminata z cum trahitur ad perfectum determinatur per differentiam cōmunitas z confusio eius z sic conducitur ad esse speciei. licet ergo alia sit natura generis fm id qꝺ supponit genus: et alia natura differentie fm id qꝺ supponit. differentia tamen in potestate generis est differētia habitualiter sicut in habitu siue forma confusa non adunata ad vnum vel ad aliud nec distincta per actum vel alium. Et si queratur vtruz ille confusus habitus et forma in genere sit eadē cum forma speciei dicemus q̄ ē idē z nō idē. Est. n. nō idez fm eē: z ē iꝺ quodāmō fm

bus eius. Finis eim nō eſt in mā hñs neceſſitatem
ſz potius i rōe: qz ſic eſt mouēs artificem: z efficitur
p̄ncipium totius opationis: et iō ſic ab ipſa fluit
z motus quo mouet efficiens z neceſſitas materie
qua p̄eparatur ad finez cōſequendū. ¶ Jncidit
aūt dubium de dictis ex eo q̄ finis mouens efficiē
tem q̄ p̄ncipiuz eſt operis: eſt res in cognitione et
ratione conſiſtens: taliter aūt ens eſt ens ſm quid.
Si g⁹ illud eſt p̄ncipium z cā operis: erit ens ſm
quid cauſa z p̄ncipiū entis ſimplr. ¶ Sz ad hoc
dicēdū eſt q̄ in artib⁹ p̄ncipiū opis ē intellect⁹ ope
ratiū⁹: z iō id qđ mouet itellectū oportet q̄ hēat eē
q̄le pmittit itellect⁹: ſz forma q̄ eſt in itellectu opera
tiuo alia eſt q̄ illa que eſt in intellectu ſpeculatiuo.

Jlla enim que eſt in intellectu operatiuo eſt ars et
p̄ncipium formale z effectiuū operis. Jlla autem
q̄ eſt in intellectu ſpeculatiuo: eſt a re abſtracta z eſt
p̄ncipiuz cognitionis: z hoc eſt ens ſm quid: qz eſt
intentio rei z nō p̄ncipium rei ſed p̄ncipiatū a re
bus in anima. Sed illa que eſt in intellectu practi
co p modū quo eſt in ipſo non ē a rebus ſed p̄n
cipium rerum artificialium ſm hoc q̄ forma eſt: qđ
aūt bz eſſe in anima hoc accidit ei qz non conuenit
ei inq̄ntum eſt forma artis: ſed per eſſe ſuum quod
habet in ſbō. Et iō non p̄hibet aliquid quin ip
ſa vt forma eſt ſit p̄ncipium rerum artificialiū. Et
ſimile eſt huiuſmōi in natura: qz forma p̄imi mo
toris influitur omnibus: z per hoc q̄ eſt in efficien
tibus materiam ipſa ē finis z p̄ncipiuz rebus ma
terialibus: lz ipſa ſit in eis ſm quid ī eſſe ſuo: ipſa tñ
ſimplr ē forma z rez z p̄ncipium earum.

¶ Cap. vi. de neceſſario in diſciplinis qualr diffe
rāt a neceſſario in phīſicis. Tex. z cō. lxxxix.

Sit aūt neceſſariuz in diſciplinis demon
ſtratiuis q̄ fuit antiquis cauſa erroris in
quo ē neceſſariū ſimplr pp ſuppōnem fi
nis. lz eiz ſcia ꝯclonis finis ſit in demōſtratiuis: tñ
p̄miſſa nō ſunt neceſſaria pp ꝯclonez ſz ī ſe hñt ne
ceſſitatem: z pp neceſſitatē eaz ꝯclo eſt neceſſaria: z
cū ipſa habeāt neceſſitatē rei nō attendit ī ipſis ne
ceſſitas ꝯñe tñ: ſz potius neceſſitas rei q̄ conſequit
que vocatur a q̄buſdā neceſſitas ꝯſequētis. Eſt igi
tur in ipſis ꝓceſſus a p̄miſſis ad ꝯclonem: et ꝯclo
ē neceſſaria pp p̄miſſas z nō ecōuerſo: et ſi ꝓcedat
a ꝯclone ad p̄ncipia: nō erit demōſtratio ꝓpter
quid: ſed qz: z illa demōſtratio non ponit neceſſita
tem niſi cōſequentie: qz vltima nō ſunt vera z neceſ
ſaria ꝓpter p̄ima: ſed ecōuerſo: qz effect⁹ nihil dat
cauſe ſed potius cā effectui. ¶ Videamus g⁹ de
neceſſarijs iſtis ī quo cōueniant z differāt. Conue
niunt aūt in hoc q̄ tam in phīcis q̄ in diſciplinis
eſt neceſſarium ſimlr: ita q̄ in vtroq̄ ē p̄ncipium
z p̄ncipiatū z hoc pz. Si enim velimus ꝯcludere
quoniā rectilineus triāgulus bz tres angulos du
obus rectis eq̄les: nos accipiem⁹ cām anguli trian
guli rectilinei. Cām dico nō inq̄ntum ē angulus ſz
inq̄ntum tātus q̄tus pōt cōtineri duabus rectis li
neis z ad ſe inclinatis: z dicimus q̄m angulus triā
guli rectilinei cuius exterior angulus duobus ſibi
nō p̄iunct⁹ ī eodē triāgulo iduſis ē eq̄lis: z qz exteri
or cū ſibi ꝓiuncto ē eq̄lis duobus rectis: et iō nece
ē q̄ iterior p̄iunctus exteriori cū duobus interioꝝb⁹
ſit eq̄lis duobus rectis: z hoc in. xxxij. geometroꝝ
libro p̄io demonſtrat. vnde ſi interior valet duos
rectos tunc oportet triangulum habere tres angu
los eq̄les duob⁹ rectis: eo q̄ duo anguli iteriores

valent vnū exteriorem sibi non cōiunctum: ⁊ sic ne cessaria est ꝯclō pp premissas ⁊ nō ecōuerso: qz nō pp bꝰ q triāgulus hz tres duobus rectis equales: duo exteriores eqpollent exteriori: qz sic idez esset cā ⁊ cātum: ⁊ principiās ⁊ principiatū: tñ bene segt q si triangulus nō hz tres angulos eqles duobus rectis q nō fuit cā recta p eqpollentiā: q est interio rem cū duobus iteriorib⁹ illi nō ꝯiunctis eē eqlem duobus rectis. Sic gꝰ pz q i disciplinis prīora sūt principia sequentiū: ⁊ ea q̄ sunt mālia sunt pricipia finis. sed ī his q̄ fiunt pp aliquē finem siue ī artib⁹ siue ī phīcis fiant: ecōtrario est. Ibi eim vt diximus finis mouet efficientē: ⁊ ab efficiente ifundit mate / rie motus: ⁊ sic finis ē principiū toti⁹: ⁊ iō est ibi ne cessitas cōditionis ex finis suppōne. Si eim finis erit aut ē: tunc necessario erit id qd̄ est añ finem aut est. Si vo id qd̄ ē añ aut non sit: sic vel sic fm q exi gīt finis: tūc non ē finis: sicut i disciplinis sequetur bene destructiue. Si eim nō sit ꝯclō necessaria non erit id qd̄ est ante ꝯclonem qd̄ ē principiū ꝯclonis necessariuz: ita sequit ⁊ hic destructiue si nō sit mā ī necessitate debita: tunc nō erit finis sz ꝯstructiue ne cessaria materie nō est cā finis sicut i disciplinis ne cessaria principioꝝ cā ē cōclusionis. Sicut eim in disciplinis principia se hñt ad ꝯclonem: ita in his que fiunt finis se hz ad mām ⁊ efficientē. Finis eiz est principiū ī talibus sicut ibi p̄missē pricipia sunt Sed dīa est in hoc q finis est principium nō om nium hoc est cognitionis: sz actionis ⁊ operis. In disciplinis aūt principia sunt cognitionis ⁊ nō ac / tus: eo q finis est forma actionis ⁊ itellectus opera tiui: ⁊ premisse sunt forme speculatiui intellectus ⁊ principia speculationis: sicut añ diximus. ¶ Si qūt q̄rīt per quem modū hoc possit esse cum añ di ctum sit q premisse sunt sicut mā cōclusionis: tunc eiz ꝯclusio erit sicut finis ⁊ forma: ⁊ ita i disciplinis conclusio debet esse principiuz sicut in his q̄ fiunt ab arte vel natura. Dicendū q p̄misse sicut in an / te bītis explanauimus nō sunt ṽa materia ꝯclusio nis: nec cōclo est forma siue finis premissaꝝ sz effec tus: sed potius p̄misse ordīate in mā ⁊ figura babē tes in se virtutē medij vt medij cā est ꝓpter qd sūt formales quo ad hoc ad cōclusionem: sz in hoc si miles sunt materie qz est in eis potētialiter scia con clusionis. Scōm gꝰ assignatā differentiā necessitat⁹ in artibus ⁊ phīcis pro parte vna: ⁊ in disciplinis pro parte alia necessitas in his que fiūt ꝓcedit: a si ne aūt oīa alia. Tex. ⁊ cō. xc. ¶ Et iō si erit do mus suppositā necesse ē hec materialia fieri aut exi stere p̄sentialr aut esse futura. Aut vlr loquendo si finis supponat necesse est existere latere⁹ in tectis ⁊ lapides in fundamentis si domus eē vel fore sup ponitur. Nō tñ finis pp illa si vocetur cā finalis: sz si vocetur cā disponēs tunc bene pōt dici pp illa: sz melius dicitur finis eē in illis: sz tñ si materialia nō essent sub dispōne debita vlr: tunc non esset finis si cut domus nō est si lapides ⁊ ligna nō sunt: nec ser ra erit nisi sit ferruz dentatū: qz etiam in disciplinis bene sequebatur si cōclusio nō est nec principia sūt necessaria: sicut si triangulus non hz tres angulos equales duobus rectis non erit rectus equipollēs angulus q rectis equipollere supponebat ī premis sis. Manifestū ē igīt ex dictis q necessariū ē ī phī sicis ex cōditiōe finis ⁊ ēt est i eis necessitas q̄ dca ē sicut mā ⁊ motꝰ māe q ē dispō ipsius. Tex. ⁊ cō. xci. ¶ Manifestū est ēt q vtreqz cāe. s. mālis ⁊ finalis q̄ est formalis dicende sunt a phīco: sz ma gis illa cuius gra fit totū qd̄ fit: qz illa est principiū in phīcis sicut iā dictū est cā materiei fm q subijcit motui mā: ⁊ fm q mouet ab efficiente: sz non econ uerso mā est cā finis nō sicut supius diximus: qz ē cā eius sicut sbūm: ⁊ hoc fm esse finis ⁊ nō fm q ē finis vel cā finalis. Principiū eim qd̄ ē finis: est ēt ꝓncipiū a diffinitiōe quā ipe dat formaz dando q̄ ponit rem ītra fines ⁊ terminos sui esse fm formaz eo q forma est ī oībus phīcis finis: ⁊ etiā ꝓncipiū a rōe fm q ipm est rō rei ex qua scīt res ⁊ cognosci tur. Nō eim scitur res nisi p termnos essentiales ī quibus ē suuz esse: hos aūt dat finis q est forma: si cut dictū ē: ⁊ iō dictū in fo de aīa: q diffinitiōes su mentur a fine: Sicut eim in artibus necessitas tota oritur ex fine: quoniā si domus bꝰ i ē q̄ est cooperi ens ab ībribus ⁊ saluās diuitias: oz hec mālia sic fieri ex necessitate ⁊ esse p̄sentia: ⁊ hoc est i arte que imitatur natūrā. In arte aūt q̄ iuuat nām etiā sic ē qz iō q sanitas socratis est talis: oz hec mālia sic fie ri ex necessitate ⁊ esse sicut purgatiōes ⁊ sudores ⁊ bꝰ i. eodē aūt mō si hō est talꝭ fm mām oz vtiqz esse ea q̄ sunt materia eius sicut carnes ⁊ ossa ⁊ huiuſ / mōi. Et si sunt carnes ⁊ ossa oz esse ea que sunt añ ea mālia sicut hūores: ⁊ si humores sunt oz cōueni re ela ad mixturā: ⁊ sic semp qd̄ posterius est cā: est pp quid ē prius. Tex. ⁊ cō. xcij. ¶ Pars aūt mālis q̄ est necessitatis ordināde ad formā illa for tassis necessaria est ēt in rōne ⁊ diffinitione: qz ī phī sicis qbusdam ita est qd̄ nō tñ mā declarat eē ne cessario p consecutionē que est ex forma: sed ēt ipa necessaria per se est ⁊ pars essentie: sicut mā eaz q̄ intrant in diffinitionem: sicut serra nescitur nisi dif finitio dicat materiā ⁊ formā: ita est in oībus phīsi cis que subiacent motui fm suum esse. Quedā aūt sunt phīca p relationē ad motū quē nō hñt tales. ¶ Et est generaliter notādum q in phīcis alterū duoꝝ oz esse. s. aut q diffinitio det p formā decla /

rantē mām fm cōsecutionē ad ipaz:aut q̄ i diffinitione ponat mā. Si eiz diffiniat spēs phica diffiniet p genus z dām:z genus est forma generalis q̄ nō est nisi mā in generali:z sic posito genere segt necessitas māe in genere. dña aūt vltia est ꝓpria forma z ad illā ꝓsequit ꝓpria mā:z iō dictū est q̄ forme phice ꝓcepte sunt cū mā. ¶ Si aūt diffiniatur aliqua passionū vel opationuz phicaꝝ oz poni materiā in diffinitione:qz opatio illa ē supra determinatā māz:z passio similr. Exemplū ꝑmi est q̄ si hō diffiniat nō recipit mā in diffinitione ipsius:sz ad vtrūq̄ diffinientiū supponit z cōsequit necessitas māe:quoniā si aīal est necessario erit mā aīalis:z si rōnale z mortale:oz esse mām corporis ad mediuz cōplonis inter oia corpora magis accedentē. Exēplum aūt est in diffinitionibus digestionum z idigestionū:que etiā q̄rto metheororꝝ ponunt:cuz dicitur q̄ digestio est complo a proprio z nāli calore ex cōtraiacentiḃ⁹ passionibus. Jn hac eīm diffinitione ponit efficiens cū materia:cuz tñ efficiens ex fine z materia moueat pp ipm. ¶ Altero g̃ istorū modoꝝ diffinitio naturalis cōcepta est cum materia:sed diffinitio mathematica vel mechanica neutro mō cum materia est cōcepta:qz si dicam triāgulum esse:nō cōsequit alicuius materie generalis vl̄ specialē mā ad illud eē necessaria. Silr si dicā rectū q̄ ē passio anguli q̄daz nō cadit i diffinitione eī⁹ mā. Eodem autē mō z multo amplius ē in diffinibus sbāruz z passionum q̄ sunt methaphica:eo q̄ illa per esse z rōnem sepata sunt a motu z materia. Hec igit sunt q̄ dicere volumus in hoc scdo libro scientie phisicorum.

¶ Jncipit liber tertius phicoꝝ. Tractatus ꝑmus de motu. Cap. primum. que sit istius libri intentio quoniam de motu. Tex. z cō. ꝑmo.

Uoniam aūt natura est principium motus z status mutationis sicut in principio secūdi diximus:nobis aūt in hoc operē intentio facta est de nā:oz nos non ignorare qd sit motus:eo q̄ motus est ꝓpr⁹ nāe effect⁹. Cū eīm nā dicat ꝑncipiū motus:z nā dicat dupliciter:vt oñdemus ēt ꝑncipium motus dicet dupliciter. Com. ꝑ. ¶ Est autē nā vno mō dicta mā:z hec bene declarabilis fuit sine diffinitione z distinctiōe motus z ꝓsequentium motū:eo q̄ ipa nō est principiū eī⁹:nisi i quo ē motus z mutatio. sed ē aliud principiū mot⁹ qđ ē motor:z pcipue motor ꝑmus q̄ nō pōt cognosci nisi ex motu. Et iō ad sciam istius principij oz scire de motu. Si eīm ignoretur motus:ignorabit motor primus:z si ignoret motor primus:ignorabuntur oēs motores:z tunc nihil sciet de nā:z iō ignorato motu ignorabit tota nā. ¶ Cū aūt intendamus determinare de motu oz tēptare eodē mō vt aggredi amur de his que cōsequūtur motū. Primū autez qđ sequitur ipm est q̄ motus ē de genere cōtinuorum:sicut infra oñdemus. Sz in diffinitiōe cōtinui ꝑmum apparet infinitū:quoniā infinitū est tā in numero q̄z in ꝓtinuo:sed infinituz i nūero cāt ab infinito qđ est in ꝓtinuo z est prius i ipo. vñ ēt diffinientibus ꝓtinuū cōuenit multotiens vti z indigere infinito. Dico aūt multotiens:quoniā ꝓtinuū multiplr ē diffinibile. Si eīm attendat nā ꝓtinui fm q̄ ipum hz formā q̄ p diones nō sepatur ab ipso:tūc absq̄ dubio infinito idigemus in diffinitōe eius:tūc eiz ꝓtinuū est qđ diuidit in infinitū eo q̄ diuidentia sēper manent i forma z rōe totius diuisi. Si aūt attē datur nā cōtinui fm q̄ ad terminū aliquez ptes cōtinui terminātur:tūc nō idigemus infinito in rōe eī⁹ sed dicemus tūc q̄ cōtinuū ē in cuius medio accipere est punctū ad quem ꝓtinui copulantur ambe medietates. Per hāc eīm mām cōtinuū sepatur a discreto. Quia igit in diffinitiōe ꝓtinui multotiens indigemus infinito: iō post motū loquemur de infinito:z nra intentio in hoc tertio libro cōplebit quā do de motu z infinito fuerim⁹ locuti. Tex. z cō. ij ¶ Adhuc aūt ipossibile est motuz esse sine loco z tempore:loco aūt accidit vacuū sicut multi phōruz dixerunt:lz eīm non oīs motus sit localis:tñ omne qđ mouetur est in loco:z omnē motū mensurat tempus:cū tempus sit numerus motus:oportebit nos in quarto huius scie libro loqui de loco z vacuo z tempore. ¶ Est aūt huiusmōi et alia rō hec scilicet:qz ista sunt cōia oībus rebus nālibus:quoniam licet infinitū non sit actu sed tātum potentia:z est in eo qđ est finitum sicut in sbō:z similr vacuū ē in pleno fm q̄ quodāmodo hz esse potentiale z ꝑ uatiuū:z iō oz esse speculationem de his ita q̄ primo argumentemur de istio tractādo:qz speculatio de ꝓprijs spēbus motuū:z quomodo se hz motus ad motorem:z vtrum motus factus est vel non:erit posterior i quinto z sexto z septimo z octauo libris huius scientie:in his enim complebitur nostra intentio in hoc libro.

¶ Cap. ij. q̄ motus ē aliqd eoꝝ. Tex. z cō. z°.

Rimum aūt sic diximus de motu ē intēdendum. Ad cuius notificationē sciendo oz ꝑmittere quedā. Cū eīm mot⁹ sit aliqd z alicui⁹:z fm aliqd oz nos ꝑmū ꝑmittere tres diones. Ex quaꝝ ꝑma accipiamus quid sit motus in genere:sicut in genere pfectiōis z nō potentie:z ex eadem accipiemus fm qđ motus est pfectio sic fm q̄ genus ꝑdicamenti. Tertiā aūt diuisionez ꝑmit-

temus vt sciamus fm quem modum fluit motus a motiuo in mobile: siue in id qđ mouet. Dicamus igitur q ens duplex ē: ē enim aliqd qđ ē endelichia solū m sine actu: et hoc ē ens oio perfectū nō idigēs aliquo ad pfectionē ei⁹. Est ēt aliđ qđ ē potētia tm fm q accipit vt indigens aliquo ad sui ꝓplementū Nec est itelligendō q aliqd sit qđ sit tātū in potētia et nullo mō actu q: hoc nō pōt cē i rer natura quē admodum oñdimus in prio libro scie bui⁹. Sed dr in potētia cē fm q accipit priuationi in genere imixtū. lz hēat formā fm modū alium quo non accipitur vt imixtū puatiōi. Com. 3°. ¶ Hoc aūt modo quo diximus nihil ē mediū iter potētia ens z ꝓplemēto ens: z iō oz q mot⁹ sit aliqd hoꝝ duoꝝ et nō potest esse extra hec. Est enim motus perfectio eius qđ est in potētia fz q est ī potētia. ¶ Secūda aūt dio est q entiuz aliud qdem significat h° aliqd: z est sbā. Hoc vo significat q̄tum: qđ est q̄titas. Aliud aūt significat q̄le: z h° est q̄litas: et alia significant eodez mō alia entis pdicamēta. Ex hac autem dione nos accipim⁹ q si motus est pfectio: z oīs pfectio est fm aliqđ gen⁹ entis: tunc oz q motus sit fm aliqđ genus entis: vel aliq̄ genera entis plura vno. Motus. n. inuenit in q̄ttuor generibus entis: sicut infra ostendemus. Ea. n. q̄ sunt in gene re aliqñ sunt sine respectu adinuicē: aliqñ autē sunt cum respectu: z q̄ sunt cum respectu adinuicem dupliciter sunt fm q nunc spectat ad ꝓpositum: quia mobile semp excellit a motiuo z vincit ab ipso. Et ea quoꝝ vnum excellit z alterꝝ est excessuz duplr se habent. Aut enim excellunt se fm abundātiam et defectū q̄titatis adiuicem: siue fm magis z minus in q̄titate sumptū: sicut duplū se hz ad dimidium Aut excellunt se et excellunt fm vtutem: sicut agēs z patiens. vel vt vlius dicamus sicut mobile z motiuum: quoniā ī p̄ de generatiōe z corruptiōe ostendet: q mobile z motiuū vlioza sunt q̄ agens et patiens: quoniā oē agens est mouens: sed nō ꝓuertit. Sūt autem ista respectū adiuicez: quoniā oē motiuum ē alicui⁹ mobil motiuū: z oē mobile ē mobile a motiuo: quoniā relatio est qđā gen⁹ qđ spargitur in oībus alijs generibus q̄tum ad hītudinem generum adiuicem: z eoꝝ que sunt in generibus q̄ adiuicem ꝓparantur. ¶ Sunt aūt z alie due ꝓpationes relatiuoꝝ fm suppōnem z equipantiā dicte sicut dñs z seru⁹: z socius z cui⁹ est socius: lz nobis nō faciunt hec ad ꝓpositum aliqd ad sciendō qualiter fluit motus a motiuo ad mobile: z iō obmittim⁹ de illis. ¶ Sciendus autē est q cum nos dicim⁹ q motus est pfectio: et pfectio multiplr dr: oz q etiam motus sit eoꝝ q̄ multiplr dicunt. Est enim pfectio prima z pfectio secūda: z vtraq ista⁹ dr triplr

Dicit. n. pfectio prima fm prioritatē opis. et dicit pfectio ꝑma fm esse. z dicit pfectio prima fm prioritatē cause formalis ad actuz eius. et oībus his modis dicit etiā perfectio scōa respōdens prime pfectioni. ¶ Prima autem perfectio fm prioritatē tē poris est illa q̄ est ante oēs perfectiones tempore: z hec ē q̄ ē via z exitus īperfecti ad pfectionē: z talis perfectio īperfecti est modus in genere acceptus: z secūda perfectio rñdens ei est forma fm q accipit in rōe finis z ēmini mot⁹. ¶ Est autē pfectio ꝑma fm prioritatē esse ea q̄ est fm id qđ primo principaliter est: sicut est illa q̄ est fm formaz sbālem: et huic respondet secūda pfectio que est fm accñs: siue fm formā accñtalem aliquā: z hoc mō motus ē de genere prime z secūde pfectionis: est enim motus ī sbā z in accñtibus. ¶ Est itez perfectio prima fm ꝑoritatem cāe formal ad effectum eius: sicut dicimus q perfectio prima ensis est figura ensis: z perfectio secūda ē incidere: qđ ē actus forme z figure ensis: z hoc mō dicimus q aīa ē perfectio prima aīati corporis: z vegetari z sentire z intelligere sunt perfectiones scōe: et vlr loquendo vnūquodq̄ est perfectū ꝑma perfectione fm esse: z est pfectuz secūda perfectione fm agere. ¶ Hoc aūt mō mot⁹ nec prīa pfectio est entis nec scōa: sz est via ad ꝑmam pfectionē Cū autem nos dicemus hoc tractatu q motus est perfectio prima mobilis: nos itelligimus de primo mō dicta prīa perfectione. ¶ Adhuc aūt obseruādum ē q id qđ ē in potentia dr multiplr. ē enim aliquid in potentia ad esse sicut mā: et ē aliquid ī potentia nō ad esse simplr: sed ad esse fm accñs: sicut id qđ pōt esse albū vel nigrū. ¶ Est aūt aliquid ī potentia nec ad esse primū qđ est sbāle: nec ad esse scōm qđ ē accñtale ꝓprie: sz potius ad hoc q aliquid extra per aliquē modū se hz ad ipm sicut est potentia ad vbi vel ad situ. boc eiz nō ē fm aliquā formā quā acquirit id qđ ē in potentia: sed potius ex hoc q aliquid qđ ē locus se pōt aliqualr ad ipsum hre. Cū enim dico aliquid esse in theatro vel in foro: significo q aliqd se hz vt circūscribens aliqđ corpus qđ dico esse in foro vel in theatro: absqz h° q aliqua fiat mutatio in eo q̄tum ad formam sbālem vel q̄tum ad accidentia eius intrinseca. Hoc aūt qđ dixi de loco fm totū corpus: quidā dicunt similr esse in situ quo ad partiū ordinationem in loco: sicut sedens potentia ē stans. vel hoc mō ordiatus ī loco possibile ē vt se cōuertat manens quidez in eodem loco: sed tamen aliter cōuersus ī illo quo ad partiū ordinationem absqz eo q mutetur in aliqua forma substantiali vel accidētali afficiente corpus eius. Cum aūt dicit mot⁹ cē aliqua dispositio q̄ ē in genere ꝑme perfectionis eius qđ ē in potētia

si generalr sumat motus ꝑ motu ꝛ mutatiōe: oꝫ ꝙ id qđ est ī potentia oibus his mōis generalr sumatur: cū tñ ꝓmo ꝛ ꝑncipalr rōez hēat potentie id qđ est ī potentia ad formā ſbālem: ꝛ ſo hꝫ rōem potētie id qđ est ī potētia ad formā accñtalez: ꝛ minime hꝫ de rōe potentie id qđ ad vbi vel ad ſitū ī potentia est: pp qđ ēt motꝰ ī vbi ꝛ ī ſitu ꝓuenit pfectis coꝛporibus q̄ minie sunt ī potentia. Eođ aūt mō motus ī cuius notificatiōe cadūt iſta: est de nūero eoꝝ q̄ mō dicunt. Est.n. motus ꝓmo ꝛ ꝑncipalr dictus motus localis. Et secūdario dicunt motꝰ alij motus q̄ sunt ad formā: ꝛ hoc quidez ītelligūt duplr. Dico.n. ꝙ motus localis ꝓmus cā ē esse ſꝫ formā ꝛ cā motus est ſꝫ formā. Supiora enī cā sūt iſeriorꝝ ſꝫ eē qđ hñt: qꝛ supiora dāt eis formas ꝛ accñtia p ſuū motū ꝛ nō tm̄ dāt eis formas ꝛ accñtia: ſꝫ etiā dāt eis motus quos hñt ad eē ꝛ ad accñtia. et hoc mō dicimꝰ reꝓhensibiles eē eos q̄ dicūt motū esse genus vnū ad motus ſpāles. ſ. localē ꝛ alr̄atiōez: ꝛ alias eē ſpēs eiꝰ eo ꝙ dicāt ſpēz motus non cārī a ſpē motus lꝫ eē causet ab eē. hoc enī nō est vm: qꝛ oīs motus reducīt ad ꝓmū motū sīc ad regulā et mēsurā: ꝛ tñ qꝛ nō ꝓuenit in ſpēbꝰ coeq̄uis sb̄ vno genere ſumptis. Est aūt ꝛ alia buꝰ rō q̄ q̄ſi logica ē Cū.n. ſpēs coeq̄ue sub vno sunt generī oꝫ ꝙ nā generis sit vniuoca ī illis lꝫ ſm ē variet sicut nā aialis vnicā hꝫ rōez ī ſpēbus aialiuꝫ. Jꝑa.n. est q̄ ſubſtat differentijs ī oībus ſpēbus. Cū aūt motus accipiat ī genere nō hꝫ vnā nām essentie alicuius ſm ꝙ cōtrahit ad alterationē ꝛ localē ꝛ augmentū ꝛ diminutionez: qđ ꝓbat ꝑ bꝰ ꝙ nā vna nō decurrit ꝑ diuersas cathegoꝛicas entis. Oportet autē ꝙ nā motus decurreret ꝑ diuersas cathegoꝛicas: quoniā in alia cathegoꝛica est motus localis: ꝛ ī alia alteratio: ꝛ in alia augmentū ꝛ diminutio. ¶ Amplius ad idez est: quoniā nullū genus ē in alia coordiatione cathegoꝛice q̄ſ sit speciel. Si ergo motus esset genus qđdā sub quo eēt ſpēs allatio ꝛ alteratio ꝛ augmētuꝫ ꝛ dinutio: oporteret ꝙ aut oēs ſpēs motꝰ eēnt ī genere vno: vel ꝙ motus esset ī diuersis generibus ꝛ eēt tm̄ genus vnū: quoꝝ vtrūq̄ est irrōnabile. Ex bꝰ aūt vlterius arguūt hij q̄ dixerūt plura q̄ decez esse ꝑdicamenta entis: ꝛ motū esse vnū entis ꝑdicamentū: sicut de facili ꝓbat ex dictis. nihil enīꝫ eoꝝ est ꝑdicamentū q̄ decurrūt de genere ī genus sicut oñdimus. Com.iiij. ¶ Cū aūt nihil sit cōe ꝑ dicamentis ꝑ modū vniuoci: ꝛ motus sit cōis pluribus ꝑdicamentis: oꝫ ꝙ nō sit ꝑ modū vniuoci. ſꝫ nec ē cōis ꝑ modū equoci ſm ꝙ equocū est a casu ꝛ fortuna sicut canis: ſꝫ est ambiguuꝫ siue multiplr dictum: sicut ens qđ est in vno pfecte ꝛ ꝑncipaliter ens. Jn alijs aūt ſcđario ꝛ per relationē ad ens ꝑ/

muꝫ: ꝛ ita est de multiplicitate motus sicut in ſequētibus huius ſcie ostendemus. Tale autem dictuꝫ multipliciter cū diffinitiōe ſua bene intrat in ſciam qꝛ ꝓparationem hꝫ ad vnum per qđ terminat esse eius ꝛ deſcribīt in ꝓparatiōe ad illud. Hoc aūt totuꝫ dictū est iō: qꝛ cū motus non est vno mō dictus ipossibile est ꝙ hēat diffinitionem vno mō dictam.

¶ Cap. üj. an in ꝑdicamentis sit motus ꝛ qualiē sit ī illis. Tex. ꝛ cō. iiij.

Jcemus aūt deinceps qualr motus cadit in ꝑdicamento: quoniaꝫ sine bꝰ diffinitio motus hr̄i nō pōt. Ad bꝰ aūt sumenduꝫ est ꝓmuꝫ ꝙ motus nunq̄ꝫ est ꝑter res cathegoꝛiꝝ id.n. qđ mutat semꝑ mutat: aut ſm ſbām aut ſm q̄litatez: aut ſm locū: aut aliqđ alioꝝ ꝑdicamentoꝝ Nihil autez accipere est cōe ad iſta ꝑdicamenta ſꝫ vniuocationē sicut supius diximus: ita ꝙ illud cōe sit genus vnū nō incidens in aliqđ istoꝝ ꝑdicamentoꝝ: ita ꝙ ipm sit neq̄ bꝰ qđ est ſbā neq̄ q̄le neq̄ q̄ſtuꝫ neq̄ aliqđ alioꝝ ꝑdicamentoꝝ: sicut dixerūt q motū ꝛ mutationē vnū ꝑdicamentū distinctū dixerunt: gꝰ neq̄ motus neq̄ mutatio est alicuius generis qđ sit eꝝ genera dēa. Tex. ꝛ cō. v. ¶ Sꝫ ī his oībus entibus dr̄ vnūqđq̄ genus duplr: sic̄ ꝑꝫ ī genere ſubſtātie. Est.n. ī genere ſbe aliqđ ꝓncipiū sicut forma ꝛ actus: ꝛ aliud est sicut ꝓuatio siue potentia q̄ imixta est ꝓuatiōi q̄ motui ſubijcit. Secđm q̄litatez aūt ēt est hic sicut actus ꝛ habitus vt album: ꝛ aliud est sicut ꝓuatio vt nigrum: qđ ſupra ostendimus opponi ad album sicut opponit ꝓuatio ad habitum. ſimilr est ſm q̄ſtitatem, vnū sicut perfectuꝫ: ꝛ aliud ē sicut ipfectū in q̄ſtitate. Similr est in loci mutatiōe bꝰ est ſurſum ꝛ aliud deoꝛſum: ꝛ deoꝛſum qdem ē permixtū ꝓuationi: ꝛ ſurſuꝫ ē sicut habitus. ꝛ in eis q̄ mouent localr hoc quidez est vt leue: aliud vero vt graue: ꝛ leue est sicut habitus ꝛ perfectio: graue vt ꝓuationi permixtum. Et hoꝝ omnium supius ostendimus rationes ꝛ ampliores ad hoc ponemus rationes in libro per ygeneos: vbi loquemur de generatione ſimpliciter ꝛ de generatione ſm qd. Secđm hec aūt q̄ sic sunt ī generibus ꝑ modū ꝓuationis ꝛ actus distinguūt penes ſpēs motus in cōmuni ſumpti. ꝛ ī q̄ttuoꝛ generibus sunt octo extra oppoſitionum dictaruꝫ ꝑ modū ꝓuationis ꝛ habitus. ꝛ cū ſpēs motus distinguantur ſm ēminos ipſius oꝫ ꝙ sint octo ſpēs motus ī genere quoꝝ due sunt in ſubſtātia. ſ. generatio ad id qđ ē in actu: ꝛ coꝛruptio ad ꝓuationē: ꝛ duo in qualitate: vnus ad qualitatē que est sicut actus: ꝛ alter ad qualitatez q̄ est vt ꝓuatio licet habeant nomen vnū in cōi. Et de hoc ī. v. huius ſcie libro reddemus rōez. Et due sunt ī q̄ſtitate ſm aug

mentū ꝛ diminutionē: ꝛ due in loco penes ꝓrietatē q̄ est in vbi. Et nos nō ponim⁹ iter istos motus circulares: qm̄ sicut nos supra ostendim⁹: nō ē oio nālis. ¶ Est aūt in his q̄ diximus multa ambiguitas: ꝛ multoꝝ phōꝝ sniē diuerse. Cū eīm dictū sit i p̄dicamentis q̄ motus est i passione: vr̄ aūt hic dici motū esse in generibus multis: vel etiā in oībus videbit hec ꝓrietas q̄dam esse. Et nos qdem iā destruximus errorem eoꝝ q̄ dicunt motū esse genus vnum p se preter. x. entis p̄dicamenta. Cō. iiij. ¶ Auerois aūt ad istā soluit ꝓrietatem: dicens q̄ motus fm q̄ nō differt a pfectiōe ad quā vadit nisi fm magis ꝛ minus: necesse est vt sit de genere illius pfectionis. Motus eīm nihil aliud est q̄ generatio vnius partis post aliā illius pfectōis ad quā tendit motus donec perficiat ꝛ sit in actu. vñ necesse est vt motus qui est in sbā nūeret in genere substantie: ꝛ motus q̄ est i q̄ntitate nūeret in genere q̄ntitatis: ꝛ similr est de moto i vbi ꝛ i q̄litate. Secundus aūt q̄ motus est via ad pfectionem alia ab ipsa perfectiōe: necesse est vt sit genus p se. via eīm ad rem aliud est ab ipa: ꝛ fm hoc fuit positū in predicamentis: qō esset p̄dicamentū p se. s. passionis: et iste modus quo ponit i predicamento passionis ē famosior. Ille aūt quo est aliqd pfectōnis ad quā vadit est verior. Et iō Arꝛ. i libro p̄dicamētoꝝ vbi ꝓbabilr logtur: dixit q̄ eēt motus i predicamento passionis. In phicis aūt vbi logtur de nā rei i veritate dixit q̄ esset i decē p̄dicamentis. ¶ Sed qr̄ ista solo auerois ē obscura ꝛ dubia: iō anteq̄ inquiramus: de ea tangemus oēs diuersitates ꝓpatheticoꝝ de genere motus: ꝛ has qdem añ nos vr̄ tetigisse auicēna in sufficientia: dicēs q̄ i generali tres sunt diuersitates opinionū de genere mot⁹. Sunt eīm quidā qui ꝓpauerūt motū ad mouēs: qr̄ viderunt q̄ motus actus ē mouētis: ꝛ iō dixerūt q̄ erat i p̄dicamento actionis. Et in hoc ꝓsentire vr̄ Gilbertus porretanus i libro q̄ de sex p̄ncipijs iscribit dicens q̄ oīs motus i actione: ꝛ oīs actio i motu firmat. ¶ Alij autem comparāt motum ad mobile: qr̄ ē actus mobilis quē suscipit a mouēte quo aliquid abicit ab ipso: ꝛ quo aliqd acquirit i ipso ꝛ illi dicūt q̄ est i predicamento passionis. Et hac via vr̄ ꝓcedere Arꝛ. ꝛ multi alij ꝓpatheticoꝝ i p̄dicamentis. Scimus eīm q̄ oīs passio magis facta ꝛ intensa aliqd abicit a sbā: ꝛ aliqd acqrit in ipa hec aūt ambo fiunt i re mota p motū: qm̄ abicit nā eius ex quo ē motus: et acqrit nā eius ad qō ē motus p motū. ¶ Tertia aūt ē snia eoꝝ q̄ ꝓparāt motus ad finē ꝛ t̄minū mot⁹: dicētes motū eē fluxū alicui⁹ ent̄ i id qō ē t̄min⁹ mot⁹: sic nigrescē fluxꝰ ē i nigredinē: ꝛ albescē i albedinē: ꝛ iperfecti q̄ntitate fluxus ad pfectā q̄ntitatē eē augmentū: ꝛ fluxus vbi eē allationē i loco: ꝛ hij diuidūtur i duas sectas. Quidam eīm dicūt q̄ q̄q̄ fluxus a fine i quo stat non differt dra specifica siue p essentiā: sz p eē tm̄: ꝛ hij dicunt q̄ motus ē in oībus illis p̄dicamentis i quibus iuenit ens fluens: ꝛ termin⁹ fluxus illi⁹: ꝛ hec sunt p̄dicamenta q̄ttuoꝝ: ꝛ de hac snia vr̄ esse auer. i supradictis vbis. Et fm istos nigrescere est nigredo ptāliens siue fluēs: ꝛ ascēdere ē vbi fluens q̄ ē sursuz: ꝛ sic de alijs. ꝛ nigrescere non differt a nigredine fm essentiā p dram specificā: sz differt ab ea fm eē i fluxu ꝛ in gete: qō est eē aliud ꝛ aliud: ꝛ fm eē i via et i t̄mino: qō itez est eē aliud ꝛ aliud: ꝛ istis ꝓuenit dicere q̄ motus ē equiuocū ad ea q̄ dicunt spēs mot⁹: qr̄ nulla ē res vna vel nā vniēs q̄ntitatez vel q̄litatē ꝛ vbi: nisi illa analoga q̄ sunt ens ꝛ vnū: quoꝝ nullū est mot⁹. Et sic mot⁹ est equocū vel analogū nō inuentū i oībus p̄dicamentis sz i pluribus. Scoz hos aūt oz dici itez q̄ ea q̄ dicuntur spēs motus: nō sūt spēs vē: sz sūt modi qdā ꝛ manerie qbus alr ꝛ alr iuenit motus i bacnā q̄ est b⁹ i p̄dicamēti: ꝛ aliter in alia natura est que est alterius p̄dicamēti: ꝛ silr pfectio siue actus qō grece endelichia vocat: q̄ cadit i diffinitiōe motus: qm̄ motus q̄ dr̄ eē pfectio mobilis fm q̄ ē mobile nō ē vnius rōis: sic exposuimus i caplo qō pmisim⁹. ¶ Sūt aūt q̄ ēt dicūt q̄ motus sē fluxus entis qō est i diuersis p̄dicamētis: ꝛ dicūt q̄ fluxus p essentiā ꝛ dram specificā differt ab eo a quo fluit. vñ dicūt q̄ nigrescere p essentiā ꝛ p draz specificā differt a nigredine pp qō ꝛ nigrescere nec ē spēs q̄litatis nec q̄litas: ꝛ sic de alijs motibus: ꝛ de his ad q̄ est motus. Et illi adhuc sūt duaꝝ sectaꝝ. Quidā eiz illoꝝ dicunt q̄ motus neq̄z i genere neq̄z i spē sūptus ē i aliquo p̄dicamento: sz est via ad rē p̄dicamenti ꝛ qō dam p̄ncipiū ad ipaz: ꝛ cū b⁹ dicūt q̄ motus i genere est nomē ābigue p̄dicatū de spālibus motib⁹ pp cās quas supra diximus. Et hec ē secta i q̄ fuerūt qdā ꝓbati viri valde i secta ꝓpatheticoꝝ. Et auicēna magis ꝓsentire vr̄ i hac snia: ꝛ cū Arꝛ. dicit motū esse i diuersis p̄dicamētis: itelligūt b⁹ illi fm q̄ via ad p̄dicamentū dr̄ eē de p̄dicamēto: sic ēt alia p̄ncipia genez dicunt eē de generibus illis quoꝝ sunt p̄ncipia: sicut pūctus ꝛ vnitas sunt de genere q̄titatis: ꝛ sic forma ꝛ mā sunt de genere sbe: pp b⁹ soluz q̄ illa sunt p̄ncipia essentialr saluata i illis generibus. Motus aūt nō saluat essentialr i re generis qr̄ ē p̄ncipiū sicut via: ꝛ nō sicut ens ꝓmanēs. Et cō firmāt dictū illud p silez modū loquēdi: qr̄ alr Arꝛ. nō dicit generationē eē nāz: nisi qr̄ via ē i nā: simili modo: ergo motus dicitur esse in genere qr̄ ē via i genus. ¶ Scōa aūt secta dicentiū motū differr̄ p

essentiam a re in quā est motus: est eorū qui dicūt motū esse p̄dicamentū p se: quoꝝ sn̄ia est q̄ motus vniuoce p̄dicat̄ de spēbus motus. vñ t cōtinet sub se alterationē t augmentū et aliationē sicut spēs ꝑ prias. Et hoꝝ sn̄ia est debilis: t superius ip̄robata satis. ¶ Sunt g̃ in vniuerso q̄nq̄ opiniones de motu que sunt̄ liter alias magis famose: t q̄ res est difficilis hoꝝ oīum ponamus rōnes t ꝓtradictiones: t postea eligā q̄d mihi magis ver̄ videt̄ esse.

¶ Pro his g̃ qui motū in p̄dicamento actionis dicunt esse: videtur q̄ mot⁹ nihil aliud ē nisi q̄d ab agente fluit ī patiens: siue a mouēte in mouēs: sed nihil ab agente fluit ī patiens nisi actio agentis: g̃ motus nihil aliud esse videt̄ nisi actio agentis.

¶ Amplius motus ē actus cōis agentis t patiēt̄ siue mouētis t moti. Cōstat aūt q̄ cōe vtriusq̄ nihil est nisi q̄d fluit ab vno ī alterꝝ: g̃ cōis vtriusq̄ actus est fluens a mouente ī motū: hoc aūt est actio mouentis: g̃ motus ē actio agētis. ¶ Adhuc ad idem ē q̄d in scd̄o de aīa hētur ab Arꝝ. q̄ act⁹ actuoꝝ sunt ī patiente t dispositō: sz nihil ē q̄d sit in patiente t dispositō ab agente nisi motus: g̃ motus est actio agentis: t sic est in p̄dicamento actionis.

¶ Adhuc aūt tria sunt actio: motus: t passio: hec igit̄ aut differūt fm essentiā: aut ꝟueniūt in eadem. Si differūt in essentia t sunt diuersa: tūc sunt ab inuicez sepabilia: t hoc nō est ver̄: g̃ in essentia cōueniunt. Et sic videt̄ q̄ motus nō differt actiōe nisi p accñs t per rōem. s. q̄ fm q̄ ē exitus mobilis ē motus: t sz q̄ idez exit t fluit ab agente sic ē actio: passio aūt est affectio q̄ afficit̄ patiēs: g̃ motus nō exit essentialr p̄dicamentū actionis vt videt̄. Hec igit̄ t quedā alie rōes sunt eoꝝ q̄ dicunt motū esse in p̄dicamento actionis. ¶ His aūt obijcit̄ q̄ motus ē ī mobili sicut ī sbō: t nō ī mouente. Actio autem est ī agente sicut ī sbō: g̃ mot⁹ diuersus ē ab actiōe nō g̃ oꝝ q̄ sit ī p̄dicamento actiōis: sz potius ī p̄dicamento passionis vt videt̄. ¶ Qd̄ aūt motus sit ī mobili t nō ī mouente ꝓbat̄ ꝑ hoc: quia ī quo cūq̄ ē motus vt ī sbō: illud mouet̄: g̃ si motus esset ī mouente sicut in sbō: oporteret q̄ ōe mouens moueret̄: hoc aūt falsuz est: oē aūt patiēs mouet̄: et passio vr̄ esse motus eius. ¶ Adhuc aūt motus ē id qd̄ ꝓtinue aliq̄d abicit: t aliq̄d iducit ꝓtinue ī sbm̄z hec aūt ē passio que abijcit a sbō t iducit in sbm̄ sicut ostendimus ꝓius: g̃ videt̄ motus esse passio et esse ī genere passionis. ¶ Hoc aūt etiā videt̄ ex hoc q̄ res nō mouet̄ nisi q̄diu afficit̄ aliq̄ spē agētis. Affici aūt spē agentis pati ē: g̃ moueri pati est g̃ t motus quidaz est ī genere passionis. Hec igit̄ t silēs sunt rōes coꝝ q̄ dicunt motū esse ī gener̄ passionis. ¶ His aūt opponit̄ t sunt rōes ꝓ tertia pte vel opinione facientes: sicut forma ꝑmixta potentie: t forma pura: non differnut p essentiā: sz per ē. motus autem est fluens forma ꝑmixta potentia ergo nō differt ab eadez forma pure accepta: sz forma q̄ mixta est potentie in motu est eadē cum ea q̄ pura ē ī termino motus: g̃ nō differunt iste p essentiā: g̃ essentialr sunt in vno p̄dicamento: sz forma q̄ est t̄min⁹ motus nec ē in actiōe nec in passione: sz est ī diuersis p̄dicamentis. ¶ Adhuc aūt cuz fluit ens alicuius p̄dicamenti: aut termiatur ad t̄minuz sibi extrinsecuz: t essentialiter nullo mō in ipso cōtentuz. aut t̄minat̄ t̄mino in ipo essentialr ꝓtento sz ꝑ esse differat ab ipo. Si qdem t̄minat̄ t̄mino sibi nō essentiali: t q̄ nō ꝓtinet̄ in ipo: g̃ terminat̄ ad ipm̄ tanq̄ ad extraneuz: sz q̄libet extraneū equaliter est t̄minus extranei: g̃ qlibet motus pōt t̄miari ad quēcunq̄ t̄minuz: qd̄ est absurdū: q̄ qlibet motus hz ꝓpriū t̄mium: g̃ relingtur q̄ t̄min⁹ motus ītrinsecus sit ꝑ essentiā motui: g̃ est idem cū ente fluēte ad ipm̄ ꝑ essentiā sz nō ꝑ esse. ¶ Adhuc aūt si nos imaginemur puncti fluxū facere lineam t t̄minari fluxū puncti ī aliquo puncto vbi t̄miat̄ fluxus eius: cōstat q̄ t̄minus linee ī quo stat fluxꝰ pūcti ītrinsecus ē t essentialis linee: t nō possem⁹ dicere q̄ punctus t̄minans fluxū esset alterius essentie q̄z punctus fluens: sed esse ē aliud fluentis t stātis ꝑ modū t̄mini. ¶ Est aūt ꝑ oīa simile in quali fluente t t̄mināte fluxū illiū: et in q̄to fluente t t̄mināte fluxum q̄ti: t sic de alijs: g̃ eiusdē est motus t t̄minus motus: t sic pz q̄ motus est ī eod̄ p̄dicamento ī quo est termin⁹ motus. vñ etiā dixit alfarabius: q̄ motus acgrit formaz post formas: sicut est additio linee ad lineā: t sicut est additio intensi ad id qd̄ minus est itensum: t hoc volebat dicere aueroys qñ dixit motū nihil aliud esse nisi generatiōz vni⁹ ptis post aliā illi⁹ ꝑfectiōis ad quā tēdit mot⁹

Com. xl. ¶ Amplius nomen t diffinitio rebus nō adaptatur nisi ꝑ essētiale rebus: sed nomē t diffinitio motus aptat̄ motibus spālibus ꝑ t̄minos eoꝝ: g̃ t̄mini eoꝝ eiusdem essentie sunt cū ipis motibus nāliter acceptis: ergo fm q̄ t̄minus motus est ī p̄dicamento ita t motus. ¶ Adhuc aūt forma q̄ est act⁹ māe: t forma q̄ potentia est ī materia: sunt essentialr forma vna: sed ead̄ forma q̄ est in potentia t ī actu est fluens qñ simul est ī actu t ī potentia: ergo ipa essentialr est eadē cū forma ī potentia exist̄ēte ī actu. forma aūt fluens est motus: ergo motus realiter sumptus est eiusdem essentie et eiusdem predicamenti cum forma que est actus etiam mobilis: t sic in quot predicamētis fuerit forma q̄ est actus mobilis in tot predicamētis motus inuenit̄. ¶ Sed sz hec sentētia sit absq̄ dubio Arꝝ. t

alexandri ꝛ auer. ꝛ temistij ꝛ fere oīum peripatheticorum: tamen opponit contra ipsam probabiliter sic fm hanc opinionē: nigrescere est nigredinis intensio ꝛ fluxꝰ nigredinis: ꝛ idē in essentia cū nigredine: sed forma que intenditur aut est: aut non est. Si ē: gꝝ nō acgrit p motū: qđ falsuz ē: cuz nigredo acquirat per motū q est nigrescere. Si aūt nō est: sz qđ nō est nō intēdit: gꝝ nō intendit forma illa vt materia vr. ¶ Adhuc aūt albedo pmixta nigredini ꝛ albedo pura nō sunt eiusdez spēi nec eiusdē essentie: sz oīs forma fluens in motu pmixta est econtrario: gꝝ nulla taliū formaꝝ est eiusdē spēi ꝛ eiusdē essentie cuz forma pura ꝛ deputata a cōtrario: sz in termino motus ē forma pura: gꝝ forma fluēs i motum ꝛ forma que ē terminus motus nō sunt eiusdem spēi ꝛ eiusdem essentie. Et pp has duas rōes dicit auicēna q abhorret hanc opinionez. ¶ Adhuc aūt ꝛ sic pōt obijci ꝓtra eandē: p motū aliquid recipitur cōtinue de forma ad quā est motus: sz receptum p motū nō est motus: gꝝ forma ad quaz est motus: ꝛ forma que fm partē recipit anteqz̄ res sit in termino motus non sunt aliquid de motu: ꝛ sic motus nō est eiusdez predicamenti cū forma illa. ¶ Adhuc aūt si motus nō differret a pfectiōe ad quam vadit nisi fm magis ꝛ minus: tūc nō differret a forma ad quā vadit nisi sicut differt impfectū a perfecto. Sz cū iperfectū venit ad perfectum tūc maxie ē ꝛ manet: gꝝ cuz motus venit ad formaz ad quam ē: tūc maxie esset ꝛ maneret: qđ falsuz est: qz cū motus venit ad terminū ad quē est: tunc nō ē: sz desinit esse. ¶ Adhuc forma mouens ꝛ agēs genere differt a suo mouere: qz mouere est in predicamento actionis: ꝛ forma agēs ꝛ mouens forte in p̄dicamento q̄litatis vel substātie: vel alterius predicamenti: gꝝ a sili ꝛ per eandē rōem forma recepta ꝛ acta differt a suo mouere: gꝝ moueri ē in vno p̄dicamento: ꝛ forma recepta p motū in alio: sz motus est cuius ē moueri: gꝝ motus cū forma recepta p motū nō est in eodez predicamēto. ¶ Adhuc autez illi fmle qua dicūt motū acceptū: sicut viā esse i predicamento passionis: videt esse ꝑium q motus ē sicut via iter duos terminos surſuz ꝛ deorſuz: sz spaciū nō ē magis surſuz q̄z deorſuz: gꝝ motꝰ nō magis est actio q̄z passio: sed ē vtrūq̄z: ꝛ sic cadit i duobꝰ predicamentis que sunt actio ꝛ passio. ¶ Rōes aūt iste oēs p̄ter q̄z vltia ꝓ quarta sunt iducte opinione: cōtra quā videt esse q id qđ ē principiū alicuius generis ē ante oīa q̄ sunt generis eiusdem: ꝛ nō cātum ab aliquo illo. Motus autē q est alteratio cātur ab aliquo qđ est i genere qualitatis: gꝝ nō est alicuius p̄ncipiuz qđ sit i genere qualitatis.

¶ Ad hec aūt oīa notandū est q aliud est loqui de motu fm suū esse qđ bz i mobili: ꝛ aliud est loq de ipso fm q ē cāns ꝛ efficiens aliqd i mobili qđ mouet. Sz si nos loquamur de motu fm esse qđ bz i mobili: nos loquemur vere de essentia motus. Cū aūt hoc mō sit iperfecta pfectio eius qđ mouetur: oz necessario q inq̄tuz ē pfectio formalis cōueniat cū eo qđ ē pfectio pura ꝛ pfecta. Et iō dixerūt quidā illustres viri de secta peripatheticoꝝ q motꝰ nō differt essentialr a forma ad quā est motus. In q̄tuz aūt est iperfecta pfectio sic differt a forma ad quam ē motus p esse iperfectionis ꝛ pmixtōnis cū priuatione illius forme ad quā tendit motus: ꝛ hꝰ mō inegabilr ſnia Auer. ē esse motuz in tot predicamentis: in quot est forma q̄ p motuz acquiri pōt: ꝛ hec ē opinio quā credo esse verā. Si aūt attendat in ꝓpatione ad mouentem a quo cātur motus: sic motus est actiōis agentis effectus: ꝛ nō actio eius: qz actio ē i agente: ꝛ motus i mobili: sicut dixit obiectio superius inducta. ꝛ tūc motus firmat i actione: sicut effectus in cā: ꝛ actio firmat i motu sicut cā i effectu: ꝛ nō puto hoc esse verū: q mouere mouentis sit motus mobilis essentialr: nisi itelligat q hoc mouere qđ ē a mouente i mobili sicut a suscipiente mouere mouētis: sz nō suscipit ipm per modū eius qđ est mouere: sz per modū eius qđ ē moueri. Sz ad hoc nos redibimus i sequētibus ꝛ subtilius d̄ hoc cōsiderabimus. ¶ Si aūt ꝓsideret motus sz q est affectio mobilis q̄ affectio cātur a motu: hoc ē a forma fluēte de esse in esse eo q mouet: sic motꝰ ē in p̄dicamento passionis fm rei veritatē. ꝛ iō licet multe sint ſnie de motu i quo p̄dicamento sit: tamē iste due sunt celebriores. s. q sit i pluribꝰ fm nūerū eoꝝ i q̄bus est terminus motus: ꝛ q sit in predicamento passionis: qz esse motus absq̄ dubio i mobili est: aut vt forma fluēs: aut vt affectio mobilis sicut diximus. ¶ Rōnibus aūt iductis oz nos respondere i q̄busdā: qz quarūdaz solo pz ex predictis ꝛ ex dicendis erunt manifeste. Ea igit q̄ ad hoc iducta sunt q motus sit in actione soluūtur p hꝰ q actio duplr dicit. s. mäliter ꝛ formalr: hoc est id qđ ē actio fm q est accīs agentis: ꝛ ꝓpatō agentis ad patiens. ꝛ prio quidē mō motus ē actio agentis: qz ē id qđ ē ab agente siue mouente. Secūdo aūt mō motus nō est actio sz est effectus actionis: ꝛ p hoc pz solutio triū primoꝝ. ¶ Sz ad hoc qđ inducit q mouere ꝛ moueri: ꝛ agere ꝛ pati sunt idē: ifra respondebimus: hic tñ dicimus q in oībus his sūt duo. s. ꝓpatio q̄ ꝓpatur agēs ad patiēs: ꝛ ecōuerso ꝛ q̄ ꝓpat mouēs ad motū: ꝛ ecōuerso: ꝛ hec ꝓpationes sunt aliquo mō eedem differentes penes compata. Res autem penes quas comparationes ille sunt ꝛ relationes sunt in his que cōparantur: ꝛ ille

ppie sunt actio ⁊ passio ⁊ mouere ⁊ moueri: et nō sunt eedē sed bñt quēdā modū oppōnis: ⁊ iō nec motus idē ē actiōi. ¶ Ea aūt q̄ inducunt ad h° q̄ motus sit in p̄dicamento passionis multi cōcedut ⁊ sed tñ p̄t dici ad ea q̄ motus aliud est q̄ affectio mobilis facta i motu ⁊ p motu: ⁊ affectio qdem in passione: motus aūt nō. ⁊ nō sequit si motus ⁊ passio sunt in eodē sbō q̄ sunt i eodem p̄dicamento: sic enim omnia essent in vno predicamento cuius oia alia sint in sbō ⁊ sbā. ¶ Quod autē motus abicit a sbō ⁊ passio nō valet: q⁹ arguit in scōa figura ex affirmatiuis: posset tñ rñderi ꝓpositionibus illis q̄ i vitate alr abicit a sbā passio: ⁊ alr motus. Motus eius nihil abicit sbe sed abicit priuationi eo mō q° mot° ē ptinus exitus forme de pmixtione priuationis: sed passio afficit sbām passi ⁊ iō abicit aliqd de ipa: ⁊ tunc dissolutionē substātie patientis inducit si intendat ⁊ magis fiat. ¶ Qđ aūt dicit q̄ in omni motu aliq̄ spēs mouentis ⁊ agētis afficit mobile. Dicendū q̄ verū est: ⁊ iō in motu ē passio non tñ motus ē passio vt dictū est. ¶ Tertiā aūt opinionem de motu iter oēs nos reputamus veriorem. Ea aūt q̄ auicēna obijcit i cōtrariū soluenda sunt p hoc q̄ nigrescere est nigredo fluens: q⁹ nihil prohibet id qđ significat in motu ⁊ id qđ significat in quiete esse eiusdem essentie dūmodo in esse diuersificent: sicut amare ⁊ amor ⁊ sicut i multis alijs. Et nō bñt dām specificā qua differāt ab inuicē nisi illa dña accipiatur esse differens: q⁹ penes talē dām vbaliter significant vnū ⁊ cū motu ⁊ tempore. Alterum noialr ⁊ sine motu: ⁊ sic p̄z q̄ nigrescere ⁊ nigredo sunt aliquo mō idem ⁊ aliquo mō diuersa. ¶ Ad hoc aūt qđ obijcit vlter° q̄ cū nigredo itēdit: aut intēdit nigredo q̄ est: aut q̄ nō ē. Dico q̄ itendit nigredo que quodāmodo ē et quodāmodo nō est: sicut est i omni itensiōe. Est enim nigredo ens p se ⁊ nō ens per accns: nigredo dico que ē fluens: per se enim est q⁹ p se forma fluens est: sed inq̄tū p̄uationi adhuc pmixta est: ⁊ sic nō est: ⁊ hoc mō dicit Arg. materiā que motui subijcitur p se esse ⁊ per accns nō esse inq̄tum priuationi pmixta est: sicut i primo libro diximus. Id autē qđ intendit q̄ diu est i motu intēsionis vnū quidē est i essentia: ⁊ ptinue diuersificat in esse: q⁹ nisi esset vnū i essentia nō reciperet ꝓpatōnem p magis ⁊ minus: ⁊ nisi cōtinue in esse diuersificaret nō differret a se p magis ⁊ minus: q⁹ ꝓpatio non est nisi vniuoci qđ viuit natura vna. et dña p magis ⁊ min° nō est nisi eius qđ fm esse accedit fm magis ⁊ minus ad naturā illaz veraciter cui nomen ē ipositū q̄ quidā vocāt accessum ad verā nois impositionē. ¶ Qđ autē dicit mixtum alterius spēi q̄ puz: ⁊ ꝓbatur ita esse i coloribus medijs ⁊ extremis. Dicendū q̄ hoc non ē simile. Omne enim qđ mouet prius ē in medio q̄ in extremo: sz mediū inter extrema duobus modis accipit: fm esse cōpletū: ⁊ fm potentiaz fluentē continue ad perfectū esse. Et prio quidē mō alteri° speciei ē mediū q̄ extremū: q⁹ nō est vtrūq̄ spēs ꝓpleta quaz vna est ꝓpositā: ⁊ altera simplex. Secūdo aūt mō mediū nō ē spēs neq̄ forma completa sz ē via ad formā ꝓpletam: ⁊ in illo vnica fluit forma a suo esse incōpleto ad suū esse cōpletū: ⁊ hoc nō vocatur absolute mediū: sed cū determinatione: vt dicatur mediū motus vel fluxus: ⁊ hoc mō medium specificat ⁊ diffinit. ¶ Qđ aūt hoc qđ diximus verum sit p̄z in simili: cōstat enim q̄ cōtinuū partes nō hz nisi potentia q̄ in actu efficiunt signa ⁊ diuidūt cōtinuū. Ponamus g° fluere punctū ⁊ fluat ad cubitū in longitudine: sed signet fluxus eius i dīdio cubiti: erit pūctus terminus linee q̄ est in dimidio cubiti: ⁊ erit actu terminus linee cōstitute p fluxum puncti. Si aūt ꝓducatur fluxus puncti in totū cubitum: erit pūctus actu terminus linee cōstitute per fluxū pūcti q̄ est in extremitate longitudinis cubitalis: ⁊ ille punctus qui est in semicubito nō erit in linea cōstituta nisi potentialr: ⁊ forma totius fluxus nō dicet terminari nisi puncto vltio. Per oēm aūt eundē modū vt dicit alfarabius ē in ōi vero motu Motus enim est de nūero cōtinuoz: ⁊ iō nō specificat in ipo ens fluens qđcūq̄ fuerit p id qđ ē i potentia: sed p id qđ est in actu: ⁊ hoc ē vltimū ad qđ terminat fluxus eius qđ est i potentia. Sed si nos signemus ⁊ diuidamus motū cū aliquo nūc tēpore motus vel tertie partis: tūc in illo nunc erit finis motus: ⁊ iō ille dat spēm motui: ⁊ tunc forma fluens accipit esse actuale in illo: q⁹ id mediū est ei sic extremū quo ad hoc q̄ est terminus motus actus: qđ tñ mediū nō erit nisi i potentia: si motus vltimus vsus verā extremitatez dicat ptinue ꝓduci: ⁊ h° modo forma sequēs addita cū precedenti efficit vnus motus specificatus i extremo: nō est enim in medio prioi qđ nō ē nisi potētia i ipso motu. ¶ Qđ autem dicunt q̄ forma ē accepta per motū: ⁊ acceptū per motū nō est motus: hoc nō est difficile. Acceptum enim p motū nō est motus sed terminus ⁊ finis motus. ¶ Et qđ dicit q̄ motus ē generatio continua partis post partē illius pfectionis ad quaz vadit motus tanq̄ termini eius. Dicendū q̄ pfectio illa ad quā est motus tanq̄ ad spēm ⁊ finē dupliter per hoc cōsiderat. s. fm esse ⁊ essentiā. Et fm essentiā quidē nō hz ptem ⁊ partē: sz ē forma simplex. Sz pars fm eē accepta nō est pars nisi sicut mot° est pars. Hec enim ē pars fluxus eius: ⁊ hic fluxus ptinuus in ptibus talibus ē motus non differēs a

ꝓplemēto ad qd̄ vadit nisi sic̄ magis ⁊ min⁹: qꝫ tūc nō differt nisi sicut minus pfectū a pfectiōi. Dicendū ē qꝫ magis ⁊ minus dicūt diuersitatē i eē forme fluētis: ⁊ bene ꝓcedo qꝫ differūt sicut ꝓplementū in eē: ⁊ sicut incōpletū i eē. ¶ Qd̄ aūt dicūt ipfectus maxīe cū ꝓiungit pfectio. dd̄ qꝫ b⁹ nō ē generalr verus de ōi ipfecto: ſz ē ipfectū qd̄ ē ſbūm ipfectiōis ⁊ pfectionis: ⁊ de illo ē vm qd̄ dicūt. Est aūt ipfectū i esse pp b⁹ qꝫ fluit ⁊ extēdit ex̄ potentiā ⁊ ipfectionē donec depurēt ⁊ sit pfectū: ⁊ b⁹ nō ē qñ ꝓpletū ē qz nō hz ꝑmanentiā i ptibus ſz successionez: ⁊ tale gdez ē mot⁹ ⁊ silr tps: ⁊ iō peccatū ē i argumēto fz sophisma equocationis. ¶ Ad b⁹ aūt qd̄ dicūt qꝫ forma mouens ⁊ dās differt generr a mouere: ⁊ silr volūt arguere qꝫ forma recepta differt a moueri. dico ego qꝫ b⁹ ē nēcm: qz mouere ē agere: ⁊ moueri ē pati qd̄dā si in genere sumat nomen actiōis: ⁊ neutrū illoz est forma dās vel recepta: qz forma recepta b⁹ mō quo recipit dupliciter recipit. ſ. fm esse ifluxū ⁊ fm affectionē quā facit i ſbō. Et ꝑmo quidē mō ē motus. Scdo mō ē effectiua passionis: cū tñ ipsa sit forte in genere q̄litatis ⁊ q̄ſtitatis vel vbi: vel i aliq⁹ genere fm diuersitatē ꝑdicamētoz. Cō. iiij ¶ Qd̄ aūt dicūt qꝫ fm qꝫ ē via ē passio. dd̄ qꝫ hoc dixit auer. ⁊ forte melius fuisset si dixisset affectionez mobilis esse passionē. Si tñ nos velimus verificare dictū eius dicem⁹ qꝫ via pōt accipi in se i rōe ſpacij vl ex pte viātis p ipaz: ⁊ via gdez simlr est motui vt ē i se ⁊ nō passioni: ſz via ex pte viātis i ipa ē passio viātis qꝫ p viā q̄ſi trahit ab agente qd̄ cōpellit ipm sic viare ⁊ moueri. ¶ Opinionē vo q̄ dicit nō i genere eē motū ſz viā eē ad ea q̄ sunt generis iproba re volo: qz scio qꝫ genera ꝑdicamentoz ꝓtinent entia. Motus aūt pp sui ipfectionē nō est ens ꝓpe loquēdo: ſz ē entis: ⁊ iō nō ꝓpe cadit in genere nisi b⁹ mō quo ea q̄ sunt rez q̄ sunt i generib⁹ reducūtur ad genera: ⁊ qd̄ dr̄ qꝫ cātur a re generis. dd̄ qꝫ b⁹ ē vez: tñ nihilomin⁹ ē ēt cā rez q̄ sūt i genere. Et b⁹ mō quodāmō ē ꝓncipiū vel actus aliquoz ꝓncipioz: ⁊ iō est actus mouētis cāe ⁊ actus mobilis qd̄ reducit ad māz. Hec igit sufficiāt de determiatiōe diuersaz opinionū i diuersis generib⁹ motū ponētiū. Nos aūt i. v⁹. huius scie libro iuestigabimus vtrū mot⁹ sit i oībus ꝑdicamētis an nō. ⁊ vtrū ē in ſbā mot⁹: ⁊ q̄lr ponit eē i q̄ttuor generibus. hec eiz sciri nō pñt nisi ꝓsiderēt spēs motus. Et nos nō intēdimus hic nisi de motu i cōi ponēdo diffōm ei⁹. ¶ Cap. iiij. de diffinitiōe motus data magis fm formā: ⁊ de ꝓbatiōe p iductionē eius qꝫ dicit motus esse actus eius qd̄ ē i potentia. Tex. ⁊ cō. vi

in sequentibus esse falsum. Dico g̃ q̃ duplex nūc est in tpe. vnū quidē fm seip̄m nūc dr̄: z alterū qđ ē tps breue cōpositū ex p̄terito ꝓpinquo ad p̄ns: z ex futuro qđ cōiungit̄ ꝓpinque p̄nti: z hoc vulgariť nūc z apud grāmaticos dr̄: iō q̃ p̄sens cōponitur ex p̄terio z futuro: z hoc nō fm seip̄m vocať nūc sed fm alterū qđ ē p̄sens: q̃ hz ꝓiunctiōem cū pte p̄teriti z cū pte futuri: et cū nos querim⁹ vtrū idem sit: intelligimus de eo qđ fm seip̄m dr̄ nūc: z b° est idem simplex qđ solū de tpe p̄t accipi. Tex. z cō. xxiij. ¶ De illo g̃ loquentes dicim⁹ q̃ necesse est in ipso nūc q̃ nō fm alterū hz fm seip̄m et p̄incipaliť nūc dictū est eē indiuisibil: z rōne necesse est q̃ hoc in oi tpe sit idem ipsū: z nos qdē oñdemus q̃ ipsum ē idem: z ex hoc cōcludem⁹ q̃ ē indiuisibile. Qđ aūt sit idē sic ꝓbať. Cū. n. duo tpa. s. p̄teritū z futurū ꝓtinenť aliquo qđ est finis vnius z p̄ncipium alterius: eo q̃ omne ꝓtinuū sic ꝓtinuať: oz q̃ aliquid sit vltimū p̄teriti: ita q̃ nulla ps p̄teriti sit: z q̃ aliqd sit vltimū futuri: q̃ nulla ps futuri sit: z iō vltimū cōtinuans vtrūq̃. In p̄terito qdem nihil ē futuri p modū ptis: z in futuro nihil ē p̄teriti: z quod sic neutri⁹ ps ē: b° eē dixim⁹ i q̃rto libro fmin⁹ vtriusq̃: quia ē finis vni⁹ z p̄ncipiū alterius: sic vtrūq̃ tps terminať ad ip̄m. Tex. z cō. xxv. ¶ Si ergo demōstret q̃ talis est termin⁹ bui⁹ p se: z q̃ nihil futuri in p̄terito: z nihil p̄teriti in futuro: z q̃ ē idez ipsum fm sensum: lz differat in ratione fm q̃ ē finis vnius z p̄ncipiū alteri⁹: tūc simul cū illo declaratū ē q̃ idē nūc ē indiuisibile: quia si eēt diuisibile cuz ipsum sit tā futuri q̃ p̄teriti fmin⁹: oporteret ēt q̃ eēt ps vtriusq̃ tpis: quia id quod diuidi pōt est ps q̃ntitatiua cōtinui: z sic cū sit cā p̄teriti z futuri vt dictū ē: sequeret q̃ alia ps p̄teriti eēt i futuro: z q̃ alia ps futuri eēt in p̄terito: z iō necessario sequit q̃ si idē ē i p̄tito z futuro q̃ sit idiuisible: nec ps p̄teriti nec ps futuri. Tex. z. cō. xxvj. ¶ Probemus g° q̃ necesse ē idē esse ipsū nunc qđ ē terminus vtriusq̃ tpis. Si enī nō ē idē tūc dabit̄ q̃ alterū ē. Si aūt alterū ē cū sit in tpe: oportebit q̃ illa nūc q̃ altera sūt in tpe: aut imediate se cōsequanť in tpe z tangant se in ipso: aut non imediate sequenť: ita q̃ sint sepata p aliqd intercidens mediū inter ea. Si aūt detur q̃ nūc que altera sūt cōsequenť se tangunt in ꝓtinuo tpe: tunc oz p ea q̃ in p̄ncipio bui⁹ sexti dīca sunt: q̃ ꝓtinuū tps sit ex indiuisibilib⁹: z que cōsequenť se tangunt in ꝓtinuo vniunť p formā ꝓtinui hoc aūt ē impossibile q̃ cōtinuum sit ex indiuisibilibus: g° nunc altera non sunt ꝓsequenť in ꝓtinuo tpe. Si āt eē dicanť sepata abinuicē in ꝓtinuo tpe tunc oz q̃ aliqd inter ea incidat mediū sui generis ¶ Mediū aūt oz q̃ sit de genere extremoz: z iō inter duo nō incidit mediū nisi tps. omne. n. ꝓtinuū talis nature est q̃ oz q̃ inter duo extrema sit mediuz qđ est de genere illoz extremoz. vnde inť duo pūcta non intercidit punct⁹ sed linea: et inť duas lineas nō inťcidit nisi superficies: z inter duas superficies nō inťcidit nisi corpus: cui⁹ cā est: q̃ cōtinuū fluit ab indiuisibili: z ideo ab indiuisibili qđ ē vnius generis nō fluit cōtinuū qđ ē alteri⁹ generis. Sic g° cum oē medium intercidēs inter duo indiuisibilia sit vnicū z vniuſ generis cū ipis: oz q̃ etiā inť duo nunc sepata nō inťcidat nisi tps. Indiuisibile ēim non intercidit nisi inť duo indiuisibilia: q̃ sic indiuisibile p̄ter esset in diuisibili: z sequeret idē qđ p̄ us. Cōstat aūt q̃ si tēpus itercidat mediū hoc tps est diuisibile. Dīsum est aūt in q̃rto libro bui⁹ scie q̃ omne corp⁹ est diuisibile. Si ergo dicať hoc totum esse nunc. s. duo indiuisibilia diuersa cum tpe qđ itercidit: sicut ponit aduersari⁹ ip̄m nūc eē diuisibile: z si ip̄m nunc est indiuisibile: tunc erit in tēpore sicut ps ꝓtinui tpis. Est aūt ip̄m in p̄terito z futuro: g° in p̄terito est aliq̃d qđ p subam z subm ps futuri est: z in futuro ē aliq̃d qđ ē ps p̄teriti: q̃ illđ nunc necesse est cōponi ex p̄terito: p̄senti: et futuro: ergo aliquid factum est in futuro: z aliquid futurū est in facto: ex quo sequitur q̃ illud quod iam p̄terijt z ē p̄fectum sit adhuc in potētia ad hoc q̃ fiat z futurū sit: quod ē valde icōueniens. Hoc aūt totū sequit ex hoc: q̃ nūc fm q̃ diuidit̄ p̄teritū a futuro: eo q̃ ē p̄ncipium vni⁹ z finis alteri⁹ determiat p̄teritū z futurū i vtroq̃ p aliquid exñs idē in subiecto ¶ Adhuc sequit aliud inconueniens: z ē b° q̃ nūc quod sic separať a nunc p tempus inťcidēs non nunc est p se dictum: sed dictū per alteruz: qa per illud nunc non est diuisio vni⁹ tēporis ab alio cum ipsum componať ex vtroq̃: quia in p̄ncipio bui⁹ capli posuimus nos de ipso velle inuestigare. Tex. z cō. xxvij. ¶ Adhuc āt z ēt iū sequ icōueniēs q̃ ipsius nunc qđ posuimus esse indiuisibile aliquid est factum: z aliquid est futurū: z non semp est idem quod factū est z quod futurū est: q̃ id quod factū est abijt z non est: z id quod futurū est nōdū est: z sic ex duob⁹ nō entibus cōponit̄ nūc qđ habz entitatē solū in tpe: qđ est valde icōueniēs. ¶ Sequit aūt adhuc q̃rto q̃ ip̄m ꝓtinuās ptes tpis nō ē idē simul: z si ip̄m nō ē idē simul: nō est cōtinuatio ptium tpis ad idē: z sic tps erit nō continuum.

Tex. z cō. xxviij. ¶ Si. n. dicať nūc p̄dco mō cōponi: tūc est diuisibile in multa sicut tps: quia oē tēpus in multa pōt diuidi: quia si oia hec impossibilia ē cōuenire ipsi nūc: tūc oz dicere q̃ idē ē nūc qđ ē in vtroq̃ tpe p̄terito. s. z futuro: vt termin⁹ vtriusq̃ exñs: z si idē est: tūc manifestū ē q̃ indiuisibile

Si ēnī eſſet diuiſibile tunc oporteret q̄ cōponeret ex tpe incidente et tunc ꝓtingerent eadē incōueni entia q̄ dicta ſūt ꝑus. Unde indiuiſibile ipſū eſſe ꝑ ſe manifeſtū eſt: ꝛ ex indiuiſibilitate ſua ꝓbatur eſſe idem ſm ſubam ſuā: ly diuerſas hēat rōnes ſz q̄ ē finis vn⁹ ꝛ ꝓncipiū alter⁹. Tex. ꝛ cō. xxix. ¶ Manifeſtū eſt igit ex hiſ q̄ dca ſt q̄ aliqd ē in tpe qđ eſt indiuiſibile: ꝛ idem qđ vocam⁹ ipm nūc ¶ Cap. viij. q̄ nihil mouetur neq; quieſcit in tem pore. Tex. ꝛ cō. xxix.

Quod aūt in idiuiſibili tpis nihil moue/
q tur ex his que dicent erit manifeſtuz. Si nāq; detur aliqd moueri in ipſo: tūc ꝑ ea que dicta ſūt oportebit dare q̄ aliqd mouet in ipo velocius: ad aliq̄d tardi⁹. Signem⁹ igit q̄ nunc in quo ponit aliquid tardius ꝛ velocius moueri ꝑ lit terā. n. id āt qđ mouet in ipſo velocius moueat in nunc ꝑ ſpaciuz. a. b. linee. Totū g⁹ ꝑ añdicta tardi us in eodez nūc mouebit ꝑ minus ſpaciū q̄s velox dicat igit q̄ tardū in nunc tranſit ptem. a. b. ſpacij ꝛ illa ps ſignificet p. a. g. Sed ꝓſtat q̄ ēt velox mo uet ꝑ ptē illā ſpacij q̄ eſt. a. g. Cum g⁹ tardū trāſeat illaz ptem ſpacij in nunc velox tranſibit in mēoꝛi tē poꝛe q̄s ſit nūc: g⁹ nunc eſt cōpoſitū ex bꝛeuioꝛi ꝛ lō giori tpe: ꝛ hoc iam oſtēdim⁹ eſſe impoſſibile: g⁹ nō pōt dici motus eē in nūc. Linee autē bui⁹ demō/ ſtrationis ſunt due. Tex. ꝛ com. xxx. ¶ At vo neq; quieſcere cōuenit aliquid in nunc: ꝛ hoc ꝓbat ꝑmo ꝑ diffinitiōem quietis: quā poſuim⁹ in quito libꝛo bui⁹ ſcie. Ibi. n. dixim⁹ q̄ id qeſcit quod i na tura materie hz moueri: ꝛ tunc q̄eſcit qñ ꝛ vbi aptū natū eſt moueri. Sumam⁹ igit illā ptem diffinitio nis huius q̄ eſt qñ aptū natū eſt moueri qđ tūc qe ſcit: ſed in nuc nunq̄s aptū natū eſt moueri: ergo in nunc nunq̄s quieſcit. Tex. ꝛ cō. xxxi. ¶ Am/ plius aūt ſi idē eſt nunc in vtrisq̄s ſicut iam añ ꝓba uim⁹. Conſtat aūt ſi duo tpa accipiant quoꝝ vnū eſt ꝓteritum ꝛ alterū futurū: cōuenit aliq̄d in loco ꝓ terito moueri: et in toto futuro quieſcere. Si g⁹ deꝛ poſſe moueri in nunc: ꝛ poſſe quieſcere in nūc: tunc oz concedere q̄ cū mouet in ꝓterito toto: q̄ mouet etiā in extrēo nūc pꝛeteriti: ꝛ tñ qeſcit in futuro toto qđ qeſcit ēt in nūc: qđ ē ꝓncipiū futuri. ſz vnū ꝛ idē nunc ſm ſbam ē poſtremū ꝓteriti ꝛ ꝓncipiū futuri g⁹ i vno ꝛ eodē nūc ꝑ ſbaz mouet ꝛ qeſcit aliqd: qđ ē ipoſſibile: g⁹ ꝛ hoc ē ipoſſibile q̄ aliqd quieſcat in nunc. Tex. ꝛ cō. xxxij. ¶ Amplius quieſcere quidem dicim⁹ aliqd qđ ſibi ſe hz in toto ꝛ in ꝑti/ bus: ꝛ nunc ꝛ ꝓius. Sed in ipſo nunc indiuiſibili nō ē ꝑus: q̄re neq; qeſcē. Neceſſe ē igit oē qđ mo/ uet moueri in tpe: et oē qđ qeſcit neče ē in tpe qeſcē ¶ Tractatus ſcđs ſexti libꝛi phicoꝝ de motu diui

ſione. Cap. ꝑmū de diuiſibilitate eiꝰ qđ mouet.

Uia aūt iaz oñdim⁹ nullū ꝓtinuū ex
q idiuiſibilib⁹ cōponi idiuiſibilia diuidi nec motū eē poſſe i idiuiſibili tpi. Ac cedam⁹ nūc ad hoc q̄ motū oēm oñda m⁹ eē diuiſibilē i ifinitū. Tex. ꝛ cō. xxxiij. ¶ Et ꝑmo qdē declaremus q̄ oīs mot⁹ ē diuiſibilis di/ centes q̄ oē qđ mutat neče ē diuiſibile eē. Dixim⁹ enī in q̄nto q̄ oīs mutatio ē ex quodā i qddā. Et hoc declarat ex hoc q̄ cū id qđ mutat ē i eo ad qđ ē mo t⁹ vl mutatio: tūc ñ āplī mutat: ſz ē i mutatū eē. Cū aūt ē in eo ex qᵒ ē mot⁹ vel mutatio: et ipſz ꝛ ptes eiꝰ oēs q̄eſcit ꝛnō mutat: q̄ qđ ſibi ſe hz nūc ꝛ ꝑus: ꝛ ipm ꝛ oēs eiꝰ ptes qeſcit ꝛ nō mutat. Quādiu aūt id qđ mutat ē i eo ex qᵒ mutat: ꝛ ipm ꝛ ptes eiꝰ: tūc manet in forma: vl vbi in qᵒ erat ꝑus: ꝛ iō in illo nō mouet ſz qeſcit. Oportet igit q̄ mutatū qñ mutat ſit in int̄medio: ita q̄ ſit ptim in eo ex qᵒ: ꝛ ptiz i eo ad qđ ē motꝰ: ſic oñdim⁹ i fine q̄nti libꝛi ſupi⁹. Nō eni poſſum⁹ dicē q̄ in vtrisq̄s t̄mis motꝰ ſit actu: q̄ tūc ꝛ eēt mutatū qᵒ ad t̄minū ad quē: ꝛ nō eēt mu/ tatū adhuc qᵒ ad t̄minū ex qᵒ. Supi⁹ āt i hoc eodez capīo ꝓbauim⁹ q̄ nō pōt id qđ mouet qñ mouet eē in vltio t̄mioꝝ diuiſim: q̄ ſi eēt in t̄mio ad quē: tūc nō mutaret: ſz eēt mutatū: ꝛ ſi eēt in t̄mio a qᵒ: ꝛ ipz et ptes eius: tūc nō adhuc mutaret ſz quieſcit. Sibi nō poſſum⁹ dicē q̄ nullo mō ſit in t̄mis motꝰ a qᵒ ꝛ in quē: q̄ nihil mouet ad hoc qđ nullo mō ſe hz i ſe ipſo: ſic oñdim⁹ i fine ꝑmi libꝛi: g⁹ relinq̄t dō. q̄ ſz aliq̄d ſit in t̄mio a qᵒ ē motꝰ: et ſz aliqd in t̄mio ad quē ē motꝰ: et hoc ē ē in int̄medio qđ quodāmō eſt extrema: ſic dcm ē in q̄nto. Dubitatio āt q̄ ē in eo in qđ ꝑmū mutat ſm cōtinuā mutatiōez añq̄s ſit in extremo ſine mutatiōis. Hoc āt ē int̄medium extre moꝝ: ꝛ hoc ē duplex mediū in extrema. Eſt. n. aliqđ mediū ſz forma q̄litat aliquam q̄ ē diuerſa ſpēi ab extremis: ꝛ nō tm̄ differēs ab extremis ꝑ magis ꝛ min⁹: ſiue ꝑ intenſionē ꝛ remiſſionē: ſic eſt fuſcum ꝛ pallidum inter album ꝛ nigrum. Et ſimiliter eſt in ſpeciebus ſapoꝝ: ꝛ odoꝝ: ꝛ auditus: ꝛ alijs q buſdaz: et neceſſe eſt q̄ id quod mouendo venit in medium habeat oppoſitū vtriuſq̄s extremoꝝ mot⁹ ſui: et eſt in medio q̄ potētia ē extremū. Aliq̄n au/ tē mediū nō dr̄t forma ꝛ ſpecie ab extremo: ſz tm̄ ꝑ magis intenſū ꝛ minus intenſū: ſic ē int̄ calidum: ꝛ frigidū: et tepidū: ꝛ iō tepoꝛ ſm diuerſa q̄litas a ca loꝛe: et iō talia contraria videnī habere media: cum tamen non ſit tranſit⁹ ab extremo vno ad aliud niſi ꝑ mediū: nō q̄ ſpē: ſz int̄ſiōe differāt ab extremo. neče ē. n. q̄ mouet ñ ſtati i quolibz vltioꝝ finiū ſui mot⁹: ꝓpt̄ qđ oñdim⁹ motū eē i diſibili tpis. Ma nifeſtū ē igit ex hiſ q̄ dca ſt oē qđ mutat ē diſibile.

Com.xxxij. ¶ Dubitabit aũt fortasse aliquis de hoc qđ ꝓbam⁹ q. ſ. ideo oñdim⁹ id qđ mouet tur eẽ diuiſibile: quia neceſſe ẽ ipm qñ mouetur p tim eẽ in eo ad quod ẽ motus: ⁊ partim eẽ ex quo eſt mot⁹. Videt enĩ fortaſſe aliter q per hoc nõ ꝓ batur id qđ mouet eſſe diuiſibile: ſed poti⁹ eẽ quã dam formã ⁊ cõpoſitionẽ in ipſo mobili. Nõ enĩ intelligit ſic q vna pars diſtincta mobilis ſit in eo ex quo ẽ motus: ⁊ altera ps diſtincta ſit i eo ad qđ eſt mot⁹: q⁊ ex hoc nõ ſeq̃retur moueri id qđ mo ueť: ſed ſequeret q ipm eẽt in motu i vna pte: ⁊ in altera pte quieſceret: ⁊ nondũ moueret: nec etiã in telligit ſic q indiſtincte habeat in vna pte aliqđ ei⁹ a quo ẽ mot⁹: et i alia aliqđ ei⁹ ad quod eſt mot⁹: quia ſic vterq̃ terminoꝝ mot⁹ nõ ineſſet ei ſm idẽ ⁊ iõ cũ vn⁹ expellat ab alio tũc vn⁹ nõ expelleret ali um: q⁊ nõ ageret in ipm cũ nõ eẽt ſm eandẽ partẽ mobil: ſed poti⁹ intelligit nõ de pte mobilis ut di xim⁹ in gnto: ſed de pte mot⁹ qui ẽ inter extrema ⁊ ex hoc non ſeq̃tur q mobile ſit quãtũ ⁊ diuiſibi le ſic videt: ſed q q̃dã formarũ cõpoſitio ſit in ipſo et ſi diuidit fortẽ ſm ðrias diuidit. Ampli⁹ videt q demõſtratio inſufficiẽs ſit in motu ſm locũ. In motu aũt mobile duplicit mouet. ſ. naturaliť ⁊ vio lenť. Naturaliť quidẽ ſic cũ terra deſcendit: ignis aſcẽdit: ⁊ in illo motu id a quo ẽ motus ſm natu rã eſt ꝑpus in motu. Id aũt ad qđ ẽ mot⁹ eſt poſte rius in motu. Et videt q locus ꝑ quẽ eſt mot⁹ ſit ſeꝑatus oino ab vtroq̃ iſtoꝝ: ⁊ ſic cũ id qđ mouet in illo nõ videt eẽ ꝑtim a quo: ⁊ ꝑtim ad quẽ: ⁊ ſic non ſeq̃tur q id qđ mouet in motu locali ſit diuiſi bile. Com.xxxij. ¶ Et hoc qdẽ cõceſſit Auẽ peche dicens in aliꝭ motib⁹ in q̃bus mobile mo uetur ad formã nõ eſt diuiſibile niſi ſm formarum cõpoſitionẽ ⁊ diuiſionẽ. In motu autẽ locali dixit nõ eẽ pfectã demõſtrationẽ niſi addať q loc⁹ me di⁹ qui ẽ inť terminũ a quo mouet: ⁊ ad quẽ moue tur id qđ ferť in motu locali eẽt ſm naturã mediũ inť extrema ſic color medi⁹ inť colores extremos. In motu aũt violento nõ eſt aliqđ ꝑpus ⁊ poſteri⁹ ſm nãm ſed ꝑ accidens: ſicut ⁊ ipſe motus eſt per accidens. Adhuc aũt demonſtratio inducta ꝑti cularis eẽ videt: qđ ꝓſtat ex hoc q generatio ⁊ cor ruptio nõ ꝑñt dici eẽ partim a quo: ⁊ ꝑtim ad qđ qñ id qđ mouet eſt in motu: q⁊ forme ſubſtãtiales ſunt ſimplices: ⁊ nõ eſt in eis generatio partis for me poſt ptẽ: ſicut in paſſionibus ⁊ in paſſibilibus qualitatibus: ⁊ ſic videtur q demonſtratio non te neat niſi gr̃a materie. Com.xxxij. ¶ Et ut h⁹ excuſaret Alexã. perypathetic⁹ dixit oẽm motũ et oẽm mutationẽ eſſe diuiſibilẽ: ⁊ eẽ in tempore: licꝫ quidam eẽnt ita ſubito q lateret nos tẽpus ⁊ diui ſibilitas earũ. Quedã aũt ſunt i tpe cõtinuo ⁊ nõ ſubito quarũ diuiſibilitas ⁊ tẽpus non latet nos: ſed in hoc Alex. cõtradixit illi: in qđ conſenſerũt ſapientiores ꝑypathetici: q⁊ Ariſt. dixit generati onẽ ⁊ corruptionẽ ⁊ illuminationẽ nõ eſſe in tẽpo re ⁊ eſſe mot⁹ ſimplices: ⁊ ideo nõ videtur verũ qđ dixit Alex. Com.xxxij. ¶ Themiſtius autem conſentit in hoc q ſunt quedã mutationes ſimpli ces ſicut dictum eſt: ſicut ẽ motus illuminatiõis in domo ex motu candele: ⁊ motus vmbre ex motu corꝑis obiecti ad lumen: ⁊ ſicut motus colũne a dextro in ſiniſtrum: ⁊ quedaꝫ alie mutationes ſim plices: ſed tamẽ ⁊ in his ea que mouenť ſunt diui ſibilia: licꝫ non ſint diuiſibilia ꝓpter motũ eẽ ſim plicem ⁊ diuiſibilem: tñ quia magis videť diuiſibi le eẽ qđ mouetur motu diuiſibili magis q̃ qđ mo uetur motu indiuiſibili: ideo eſt ratio aliqua decla rans que ꝓcedit ad oſtendendũ mobilis diuiſibi litatẽ ex diuiſibilitate mot⁹: ſed ſm hoc i demõſtra tione inducta nõ cã ꝑ cauſa ponereť: q⁊ ſm h⁹ di uiſibilitas mot⁹ nõ eẽt cã diuiſibilitatis eius quod mouet: ⁊ tũc etiã cã quã iſen⁹ adducem⁹. ſ. q mo ueri in tpe diuiſibili ſit cã diuiſibilitatis ei⁹ qđ mo uet: nõ cã eẽt cũ id qđ mutať i indiuiſibili tpis: etiaꝫ ſit diuiſibile: ſicẽ id qđ ſit hõ uel equus nũq̃ aliqd ita ſit hõ ⁊ equ⁹ q aliqñ ſit ꝑtim equ⁹: ⁊ ꝑti aliud uel ꝑti hõ: ⁊ ꝑti aliud: ſꝫ uel hõ ẽ: ul nõ hõ: ul equ⁹ uel nõ equ⁹. Cã g⁹ inducta qñ ꝑ diuiſionẽ mot⁹ di uiſibilitas ꝓbať ei⁹ qđ mouet eẽt nõ cã: ſicẽ ſi dice rem⁹: qñ hõ ambulat: q⁊ ẽ rõnal. rõnabilitas enĩ ñ ẽ cã ſue ãbulatõis: ſꝫ ẽ aliqñ cõicãs ipaz. Tex. ⁊ cõ. xxxij. ¶ In iſta ãt obſcuritate q̃d tenẽdũ ſit non ſatis expmit Auerrois qui dicit ſe diu ſuſti nuiſſe opinionẽ Auẽpeche: ſed poſtea eaz ſibi nõ placuiſſe: eo q demonſtratio inducta que in veri tate Ariſto. eſt nõ ſic procedit: ſed poti⁹ q cum id qđ mouetur non moueatur in eo a quo eſt motus ſed continue mouebitur recedens ab illo: nec mo uetur in eo ad qđ eſt motus: ſed potius in motuz eſſe oportet q ipſum qđ aliqđ ſit in vtroq̃ ſimul quãdo mouet. Quicq̃d aũt in duob⁹ ſimul ſm ali quẽ modũ oꝫ q ſit ꝓpoſitũ diuiſibile: ñ ꝑ formas tm̃: ſed poti⁹ eẽntialiť ſm ſui quantitatem: g⁹ id qđ mouet eẽntialiť ẽ diuiſibile ꝓpť ſuiꝑſi⁹ quãtitatẽ: Propť qđ nos lucidi⁹ volẽtes q obſcurũ ẽ dici mus cũ Ariſt. in. vj. ſuoꝝ phicoꝝ: q oẽ id qđ ẽ mot⁹ eſt diuiſibile: ⁊ hoc q̃dẽ ꝓbabim⁹ infra: ſꝫ inť ea ad que mot⁹ eſt: quedã tũt diuiſibilia ꝑ ſe: ⁊ q̃dã ꝑ accidẽs. Per ſe q̃dẽ ſic locus ⁊ quãtitas. Per accidẽs aũt ſic q̃litas ad quã eſt mot⁹. Qđ autez mouet ſuſceptibile ẽ h⁹ mõ diuiſibil: ⁊ qđ ẽ ſuſcepti bile diuiſibil ẽ diuiſibile: g⁹ oẽ qđ mouet ẽ diſibile:

ꝛ b ē ꝓfecta declaratio demõstratiõis supi⁹ iducte ꝛ ꝓbatio ei⁹. Et qđ Aluẽpeche obijcit de loco: nõ est instãtia: qꝛ i celo et mũdo mõstrabit non moue ri nãliter uel violẽter nisi p id qđ fm aliq̃d ē locus Cũ enī locus sit ut superficies ut in. iiij. hui⁹ scientie ostendim⁹ libꝛo: oportet q loc⁹ vnde ē mot⁹ sup/ficies sit: ꝛ siliter locus ad quẽ est mot⁹: ꝛ similit lo cus sup quẽ. Dixim⁹ ãt supa q int ẽ slibet dꝛias uel plures superficies est coꝛpus cum nihil sit vacuũ Oportet ergo q in loco sit coꝛpus circõscriptuꝫ a loco illo: ꝛ tũc medi⁹ in quo coꝛp⁹ est in motu p b° q naturalit sumit locus aliq̃d habet de duab⁹ con trarietatibus loco extremoꝝ int que ē motus: ꝛ sic etiã mobilis diuisionē. De alijs aũt mutationib⁹ simplicib⁹ cõcedendũ videt sicut obiectũ ē: sed nõ oportet q demonstratio teneat de illis: cũ non sint mutationes fm ꝓpriã rõnez mutationũ: sed poti⁹ finis quidã. Finis enī mutationis non ꝓprie est mutatio. Themistij vo dictuꝫ videt eē puersũ.

¶ Capi. ij. de duplici motus diuisione: quarum vna est fm id qđ mouetur: ꝛ altera fm tempus.

Tex. ꝛ com. xxxiij.

Otus aũt diuisibilis ē duobus modis

m Uno quidē modo diuidit motus tem/poris diuisione. Alio vo modo diuidit diuisione particulari: nõ motuũ qui sunt mot⁹ par tiũ eius toti⁹ qđ mouet. Cui⁹ ratio ē: qꝛ nos totuꝫ motũ alicui⁹ nõ accipim⁹ nisi duob⁹ modis: quo rũ vnus est q dicim⁹ totũ motũ alicui⁹ qui sibi in est gratia omniũ partiũ motarũ per totũ spaciũ: ꝛ dicim⁹ dimidiũ motũ eiusdē qui sibi inest gratia p tis medie mote p totũ spaciũ: et tertiã mot⁹ qui in/ē eidē p totũ spaciũ: gratia partis tertie p totũ spa/ciũ mote. Hec enī diuisio nõ est fm ptes spacij cũ quelibet moueat p totũ spaciũ: p̃cipue tũ fm diui sionē spacij non diuidat motus p̃ncipali diuisiõe qꝛ si diuidat in spacio nõ est motus vnus cõtinu⁹ ꝛ nos logmur hic de diuisiõe vni⁹ motus cõtinui. Dicim⁹ enī motũ vnũ qui est in tpe vno: ꝛ illi⁹ me dietas ē in dimidio illi⁹ tẽporis: ꝛ tertia illi⁹ mot⁹ est in tertia illi⁹ tẽporis: ꝛ sic deinceps: qꝛ vo p̃m⁹ modus diuisionis eẽntialioꝛ ē motui: eo q illa cõ/uenit ei per subiectum ꝓpriũ in quo ē: logmur pri mo de illa. Dico ergo q in illa motus est toti⁹ in totali diuisione: mot⁹ vo est alius a motu partiũ si mul aggregato: ꝛ hoc ꝓbat in exẽplis. Sic enim magnitudo ei⁹ qđ mouet tota significata p totam lineã. a. c. ꝛ diuiditur in duas ptes sup lineã. b. ita q. a. b. sit pars p̃ma eius: ꝛ. b. c. sit eius pars scda quia igit sic se habet in ꝓtinuo q moto ipso moue tur ps eius: verũ erit dicere q supposituꝫ. a. c. mo/uetur totum q vtraq̃ pars eius mouebit. s. tã illa que est. a. b. q̃ illa que ē. b. c. Signem⁹ igit parti/culares motus partiuꝫ: ꝛ dicam⁹ q motus partis a. b. sit partialis motus. d. e. ptis. a. q̃ est. b. c. sit p/tialis mot⁹. e. z. Dico ergo q tunc tot⁹ mot⁹ totꝰ erit mot⁹. d. z. q cõponit ex partialib⁹ motib⁹. d. e. ꝛ. e. z. sic totũ. a. c. ꝓponit ex. a. b. ꝛ. b. c. Cõstat enī q totũ. a. c. fm hãc totalitatẽ mot⁹ mouet in eo q vtraq̃ partiũ eius mouet fm vtraq̃ partẽ motus ꝛ hoc ꝓbat ex hoc q neutra partiũ est ei⁹ qđ mo/uet fm ptẽ mot⁹ qui ē alteri⁹. sed vtraq̃ mouet fm suã ptẽ mot⁹ ꝓpriã in toto spacio. Cũ igit totũ cõ tinuũ nõ habeat totalitatẽ aliã nisi illã q̃ est ex par tiũ aggregatiõe: erit tot⁹ mot⁹ cõgregat⁹ ex ptibus idẽ cũ toti⁹ magnitudinis eius qđ mouet motu: et hoc ē qđ intẽdim⁹ ꝓbare. Tex. ꝛ com. xxxiij.

¶ Ampli⁹ hoc idẽ per aliã rõnẽ ostendim⁹: oīs enī motus ē alicui⁹ moti mot⁹: qꝛ mot⁹ est i aliquo subiecto: ꝛ id mouet: ergo necesse ē q tot⁹ mot⁹ q signat per. d. z. sit alicui⁹ motus. Cõstat aũt q iste motus tot⁹ simul nõ est mot⁹ partiũ diuisim: quia neutre ptis rei mote ē vtraq̃ pars motus simul ac cepta. Cõstat aũt q nulli⁹ alteri⁹ est nisi rei q̃ moue tur ipso motu. Cui⁹ enī toti⁹ motus totus ē illius eiusdē toti⁹ partiũ sunt partes mot⁹: qꝛ si tot⁹ mot⁹ signat p. d. z. diuidat i duas ptes mõ p̃dicto: tũc ptes sunt partiũ magnitudinis. a. b. c. q̃ posita est moueri illo motu: ꝛ nõ sunt aliquarũ partiũ aliaꝫ qꝛ nos oñdim⁹ i. v. libꝛo supius q subiectoꝫ plu riũ nõ potuit eē vn⁹ mot⁹ i numero cõtinu⁹: g° mo tus ille q cõstituit ex ptib⁹ q̃ sũt mot⁹ partiũ ei⁹ qđ mouet est idẽ cũ motu toti⁹: ꝛ bꝰ ē qđ volum⁹ de/clarare. Tex. ꝛ com. xxxv. ¶ Ampli⁹ etiã de/clarabim⁹ ducẽdo ad ipossibile si det oppositum. Si enī detur q toti⁹ magnitudinis alicui⁹ ē mot⁹ q̃ motus partiũ magnitudinis: sic ille motus qui est totius qui signatur per. t. i. ꝛ diuidatur in pun cto in quo ponitur littera. k. hic igitur motus sepa ratur ꝛ remouet a motu partiũ: sicut vna res diuer sa ab alia. Iste ergo motus qui ē totius motus et non partiũ: aut est equalis partiũ motui: aut defi/cit ab ipso: aut abundat ꝛ excellit motum. si ē equa lis ei: ergo partes motus huius diuiduntur sicut partes motus prioris qui est. d. e. z. Constat au/tem q vnius moti non est nisi vnus motus simul acceptus in ipso. Si ergo totus motus totius qui est. t. i. diuidatur diuisione subiecti in motus par/tiuꝫ subiecti: motus prime partis. a b. qui est. t. k. erit idem cũ motu. d. e. ꝛ motus secunde partis. c. b. qui est. k. i. idẽ cum motu. e. z. ꝛ totus. c. i. equa/lis ꝛ idem erit motui. d. z. ꝛ datum erat q esset di/uersus. Hoc aũt segtur iõ: qꝛ vni⁹ nõ est vn⁹ mot⁹ simul ꝛ semel ꝛ fm eandem ſpẽm mot⁹ accept⁹: et

omnino si ē totū: cū oīsum sit q̄ omne totū cui⁹ ē mot⁹ aliqs diuidit: oportet etiā q̄ motus i partia/les partiū mot⁹ diuidatur. Si vo diceret q̄ motus totius deficit a motu partiuz. ponam⁹ igitur q̄ ps illa que ē. k. i. deficiat. Cū ergo cōtinuū nō habeat totalitatē extra partes non habebit motū extra p/tes suas. Cū igitur pars motus est. k. i. nullius sit partiū: nō potest etiā eē totius: et sic. k. i. nulli⁹ mo bilis est mot⁹: z sic ē aliquis motus qui nullius est qđ est cōtra suppositā: q̄ ibi diximus q̄ ois mo/tus est alicui⁹ mobilis motus. vū iste motus nec ē totius neq̄ partiū: quia vnus motus ē vnius: nec pōt dici q̄ sit alicui⁹ magnitudinis q̄ diuersa ē ab ista: q̄ nos ostēdimus in quinto q̄ continu⁹ mo/tus est quorūdam cōtinuorū: z diuersa ab inuicez non sunt cōtinua. Idē aūt oīno sequit si dē q̄ iste motus qui est totius ex aliū ſm diuisionē: quia in parte in qua excellit partiales motus non ē alicu/ius ptis: z cū totū non sit extra partes non exit ab illa pars excellens etiā toti⁹ motus: z sic erit nulli⁹ quare si hec oīa impossibilia sunt oportet q̄ mot⁹ partiū sit eiusdē mobilis cū motu totius: z q̄ ē eq̄/lis z idem illi: z diuidit in motus partiū ei⁹ qđ mo/uetur. Hec igit est diuisio que est ſm motus parti/ales partiū eius qđ mouet: z istā diuisionē necesse est cōuenire omni motui q̄ est motus alicuius par/tibilis p quantitatē. Motus enī intelligentie qui est diuisibilis p quātitatē est etiā eius qđ nō diui/ditur per quantitatē. Descriptiones aūt linearum sūt iste: accipiam⁹ enim p̄mo lineā magnitudinis que ē. a. b. c. deinde accipiatur motus partiuz per aliā lineā que ē. d. e. z. tertio illā que repsentat mo/tum totius qui dicitur remoueri a motu partium qui est. c. k. i. sicut hic vides. a. b. c. Alius aūt mo/dus quo motus. d. e. z. diuiditur est ſm tēpus. c. k. i. sicut dixim⁹ a p̄ncipio: licz enī temp⁹ non sit cā que faciat motū eē diuisibilē: cū ipm ē signū semp ostendens ipm esse diuisibile: z hoc signū sepe in demōstrationib⁹ ponit p medio demōstrationis.

Tex. z com. xxxvj. ¶ Modus aūt diuisio/nis est: q̄ cū omnis motus sit in tēpore: tēpus aūt omne sit diuisibile ut supra ostēsum ē: oportet q̄ si cut tēpus diuidit q̄ sic diuidatur motus. Eadem enī est diuisio mensurati z mēsure: eo q̄ vna quan/titas sit vtriusq̄. Si enī motus aliqs totus ē in tē/pore toto: minor mot⁹ qui ē pars toti⁹ motus ali/quota erit in parte temporis aliquota. Dimidia enī pars motus est in dimidia tēporis: z tertia in tertia: z sic deinceps. Tex. z cō. xxxvij. ¶ Qm̄ aūt omne qđ mouet motū suū habet in aliquo ge/nere: z in aliquo tēpore mouetur. Et quia omnis tēporis ē motus aliqs: cū tēpus sit numer⁹ motus necesse ē q̄ eedē sint diuisiones ipsius z motus: et ecōuerso z ipsū moueri. Hec ē motio ipa z magni/tudo que mouet: z nā in qua est motus habebunt siliter diuidi pter hoc solū q̄ ea ad que ē motus si/ue natura in quarū genere ē motus nō habebunt semp vnius rōnis diuisionē: quia motus qui ē in qualitate z quantitate: z quātitas habet p se diui/sionē in ptes essentiales sibi. Qualitas aūt diuidi/tur p accidēs: q̄ non diuidit oīno nisi q̄ subiectū eius diuidit p̄mo: z ideo quia qualitas quedā di/stendit situaliter in subiecto: ideo etiā ipsa diuiditur z illa qualitas que nō habet subiectum ꝓpriū ma/gnitudinē: uel ē in subiecto nō multiplicata ꝓpter quātitatē subiecti illa nō diuidit. Qđ aūt mot⁹ di/uidat ſm diuisionē tēporis sic ꝓbatur: sit enim tē/pus in quo est motus aliqs signatus per lr̄am. a. motus aūt significet per lr̄am. b. Si enī ꝓcedatur q̄ regulari motu aliq̄d motū est i toto tēpore mo/tu toto q̄ signat per. b. tunc in dimidio illius tem/poris expleuit totū motū minorē q̄ sit. b. z in di/midio illius medietatis iterū minorē partez mot⁹ expleuit: z sic semp diuiditur motus ad diuisionē tempo/ris: quia ista est per se nota q̄ si totus mot⁹ regularis ē in aliquo tēpore toto q̄ medietas illi⁹ erit in dimidio illius tēporis: z medietas medieta/tis in dimidio medietatis tēporis: z sic deinceps: z ꝓpter hoc etiā ecōuerso verū est q̄ si motus di/uiditur q̄ etiā tēpus diuidit. Si enī p totū motuz mouetur in toto tpe tūc per mediū motū trāsit me/diū tēpus: z iterū p minorē partē motus q̄ sit me/dietas trāsit minorē partē tēporis q̄ sit medietas z sic deinceps. Tex. z cō. xxxviij. ¶ Silit aūt diuidet z ipm moueri: q̄ differētiā facim⁹ inē mo/tū z moueri: eo q̄ mot⁹ ē acceptio forme successiue uel acceptio vbi. Dz moueri vocam⁹ ipm decursū q̄ est i mobili p modū passiōis. Qđ aūt h̄ moueri diuidat ſm tp̄s pz. Sit enī ipm moueri totū sigtū p lr̄am. e. illud igit moueri ē min⁹ toto ſm mediū motū: z ſm mediū tpis: z iterū min⁹ medietate ſm minorē ptē mot⁹ z tpis q̄ sit medietas mot⁹ z tpis z sic deinceps: z hec oīa p se sūt manifesta. Silit lr̄e demōstratōis sūt tales ut h̄ sunt descripte. Sili/ter aūt ꝓcedit motio q̄ ipm moueri vocam⁹ q̄ est passio mobil̄ diuidi ipso motu diuiso. Si enī po/nam⁹ moueri vnū eē ꝓtinuū ſm vtrāq̄ ptē vn⁹ mo/tus q̄ sit ſm se totū signat⁹ p. d. e. z diuidat i lr̄a. c. tūc moueri erit ꝓiūctū p̄me pti mot⁹ q̄ ē. d. c. z scđe pti eiusdē mot⁹ q̄ ē. c. e. Sic. n. tota motio siue to/tū moueri se hz ad totū motū ita ptes ei⁹ se hñt ad ptes mot⁹: ul̄ det opposituz. Et si aduersari⁹ dans oppositū dicat q̄ motio sit alic⁹ alti⁹ mot⁹ q̄ ptiū ilti⁹ mot⁹: z sic non adeq̄tur partibus motus: tunc

oportet q ipm moueri sit plus qꝫ motꝰ fm quē in est ipm moueri: ergo illud moueri qđ est ī plus qꝫ motus nō cōtinuat illi qđ ē fm motum istū in suo mobili: qꝛ pluriū non potest esse vnuꝫ moueri cōtinuū. Si enim nos supra determinauimꝰ motū esse diuisibilē in motꝰ partiū eius qđ mouet: ita oportet q ipsū moueri diuidatur: quia coniūctū est motui Et si accipiat moueri fꝫ vtrāqꝫ partē motꝰ moueri ē ctinuū. Si aūt extēdit se extra ptes motꝰ ī aliud subiectū tunc non erit continuuꝫ: ꝛ hoc erit contra positiōez: quia nos loquimur de vno moueri continuo. Jd autē sequitur si in minꝰ sit motio qꝫ motus: quia cum motio siue ipm moueri extendat se per subiectum motus: si in plus est motus: oportet q motus extendat se extra subiectū: ꝛ sic motꝰ qui est in pluribus subiectis est vnus ꝛ continuus qđ est impossibile. Linee aūt demonstrationis sic forꝫ manet: quia ducatur linea significans motū: et alia sub ipsa significās ipsuꝫ moueri eisdem litteris: qa vnum indiuisibile ē ab alio sicut hic vides. a. c. e.

Tex. ꝛ cō. xxxix. ¶ Ex his aūt demōstrationibus etiaꝫ demonstrabitur q si longitudo spacij est diuisibilis q motus diuidit: ꝛ omne id vniuersaliter ad quod ē motus ꝛ in quo ē motus: sicut in genere predicamenti: preter q quedā fm accidēs diuidūtur sicut supra dictuꝫ est: ꝛ hoc ē ideo: quia id qđ mutat est diuisibile: vno enī illoꝝ quocūqꝫ diuiso oīa diuidūtur. Et si vnū eoꝝ sit infinitū p diuisionē uel finitum: omnia simul erunt finita uel infinita per diuisionem: et licꝫ ex quolibet probet diuisio aliorū omniū: tm̄ p̄ncipiū per quod alia p bata sunt diuidi ē id qđ semper ē in omni motu ī ratione sua importat diuisionem: ꝛ hoc ē id quod mouetur. Motuꝫ enī q nominat id qđ mouetur fm q mouetur in ratione sua importat diuisionē in infinitum: quia motum dicit partim esse in termino a quo: ꝛ partim in termino ad quem. Sꝫ nos in superioribus quidē ostendimus q diuidatur. Qđ autē in infinituꝫ diuidatur: in sequentib⁹ erit manifestum.

¶ Capi. iij. de pbatione: q omne quod mutatū est in eo est ad quod mutatum est: ꝛ non ē in eo ex quo mutatum est.

Ateqꝫ aūt pbemus q in infinituꝫ est diuisibilis motus: ostendemus q id quod mutatur quando mutatū est est in eo ad quod est mutatum: et non in eo ex quo mutatum est: ꝛ etiā p̄us ostendimus q id in quo p̄mo mutatū est ē diuisibile. Sine enī his duobus nō possumus habere viā ad hoc q pbemus motū diuidi in infinituꝫ. Tex. ꝛ cō. xl. ¶ Dico igitur circa p̄mā inter hec duo declarationē q oē qđ mutatur quacūqꝫ mutatione siue illa sit simpliciter mutatio siue motus venit ex quodā in quiddā. Cū autem id quod mutat deserat id ex quo mutatū est: ꝛ acquirat id ad qđ mutatū est: oportet q sit in eo ad qđ mutatū est: ꝛ nō in eo ex quo mutatū ē: ꝛ ipsuꝫ deficit in eo q mutat per mutationeꝫ: qꝛ mutari ex aliquo aut ē idē qđ deficere id ex quo mutatur ab ipso: aut ad mutari sequitur deficere id ex quo mutat deficere in eo qđ mutat. Si enī mutatio accipiatur ut passio eius qđ mutat: tūc necessario mutari ē deficere ab eo ex quo ē mutatio: qꝛ passio magis facta abijcit formā que ꝓtrariat agenti in ipaꝫ. Si aūt mutatio accipiatur ut actus siue pfectio eꝰ qđ mutatur fm q ipm est ī potētia: tūc abijcere id ex quo ē mutatio sequitur ad mutatari: quocunqꝫ aūt istoꝝ modoꝝ mutari se habeat ad deficere id ex quo ē mutatio: sp verū ē q id qđ mutatū ē nō ē in eo ex quo mutatū ē: sꝫ in eo ad qđ: eo q h qdē simplicit uel fm qd acqsitū ē p mutationeꝫ. Dico aūt q mutatū ē nō tm̄ qñ pfecte ē mutatū: sꝫ etiaꝫ qꝫtūcūqꝫ paꝫ mutatū sit stati qñ attigit, primū medium qđ ē post id ex quo mutatū ē: ꝛ iā incipit deficē id ex quo mutatū ē: et id qđ mutatū ē in eo ad qđ mutatū ē. Tex. ꝛ cō. xli. ¶ Et bꝰ manifestū ē ī mutatiōe q ē fm ꝯdictiōez: eo q ibi extremū mutationis p̄tigit sin̄ medio: eo q inf ꝯdictoria nō ē medium. vñ cū mutationes q sūt i sba sint inf ꝯdictoria nō ē medū inf ea: cuiꝰ cām assignauimꝰ hāc eē: qꝛ s. forma sbal simplex ē: ꝛ nō pmixta ꝯrio: nec hns ꝯriū: ꝛ iō aut fm totū ꝛ pfectuꝫ eē habet: aut nullo mō habet: qꝛ igit id qđ mutat in sba stati ut mutatū ē est in extremo illo ad qđ ē mutatio: ió bꝰ qđ dictū ē manifesti ē in sba qꝫ ī alijs mutatiōib⁹. Cūm igit vna mutationū fm genꝰ ē fm ꝯdictionē: ꝛ manifestū ē in mutatiōe q nō hꝫ mediū q id qđ mutatū in eē: ex eo q nō deficit ꝛ distat añ eē: necessariū est q sit in eē. Cū enī de quolibet sit affirmatio vl negatio vera. Oē qđ est necesse eē: est aut eē: aut nō eē. Manifestū igit ē q etiā id qđ mutatū ē in mutatiōe fm ꝯdictionē: erit aut i eē: aut ī nō eē: sed nō ī nō eē: eo q deficit ꝛ distat a nō eē: erit igit in eē qđ mutatū ē. Si aūt i hac mutatiōe sic se hꝫ tūc necesse ē q ī oīb⁹ silit se hēat: qꝛ oēs mutationes i hoc sūt siles q sūt ex aliquo i aliqd: ꝛ distant ab eo ex quo sūt. Tex. ꝛ cō. xlij. ¶ Amplꝰ ꝛ si nos acciam⁹ id qđ dām ē fm vnāquāqꝫ mutationē sigillati manifestū erit: ꝛ bꝰ pbat p deductionē ad ipossibile: si deꝰ oppositū. Jd enī qđ mutat qñ mutatū ē necē ē q sit alicubi: siue ī aliquo. Si gꝰ nō sit i eo in qđ mutatū ē: tūc necio aut erit i eo ex quo mutatū est: aut in alio. Cōstat aūt q non ē in eo ex quo mutatum est: quia habituꝫ est q id deficit et distat

ab ipso. Cuz ergo necesse sit alicubi sine in aliquo esse erit in hoc ad quod mutatum est: aut in alio. Et si dicatur q̄ non est in hoc tunc est in alio. Sit igitur id aliud ad qđ mutatum est. b. ꝛ id aliud in quo est id quod mutatum est quando mutatuz est sit. c. Cuz igitur ex p̄missis constet q̄ mutatio sit continua erit id cōtinue mutatum vsq; ad. b. quia positum est q̄. b. sit in quod mutatum est: iterū cū sit. c. aliud ab ipso. b. sicut positum est: oportet q̄ transeat id quod mutatum est a. c. in. b. quia aliter mutatio non esset continua: ergo cum est in. c. transit in id quod est in. b. sed dictum est q̄ erat in. c. quando mutatum est: ergo quando mutatum est transit adhuc in. b. quod est ipossibile: quia si quā do in. b. mutatum est erat in. c. ꝛ transit de. c. in. b. tunc quando mutatum est ad. b. transibat adhuc ad. b. qđ est absurdum. positum enim erat q̄. c. nō sit cum. b. nec sit etiam contrarium sive contradictoriū eius: quia sic. c. esset id ex quo mutatum est Cum igitur mutatio continua est sicut dictum est tunc id quod mutatum est quando mutatum ē adhuc mutatur in id quod mutatum est. Hoc autem est impossibile: ergo necesse est q̄ id quod mutatum est sit in id in quo mutatum est. Tex. ꝛ com. xliij. ¶ Cum his igitur manifestum est q̄ etiam id quod factum est quando factum est est inē ꝛ q̄ corruptum est quando corruptū est erit in non esse. Uniuersaliter enim dictum est de omni mutatione: ꝛ maxime manifestum est in ea que fm contradictiōez est. Manifestū est igit q̄ id qđ mutatū est: cū p̄mū mutatū ē ad proximū iuxta id ex q° mutatū est: sive id sit mediū sive extremū ē in illo i qđ mutatū est: ꝛ hoc est qđ volum⁹ declarare. Linee vero idirecte in linea signātur ita q̄. c. ꝛ. b. sint due linee ab vno principio exeuntes: ꝛ qđ mutatū ponitur esse in altera que ē. c. cum mutatū est in. b. fm veritatem sicut videri potest hic.

¶ Capi. iiij. q̄ in quo primo est mutatuz: ꝛ a quo primo est mutatuz sunt indiuisibilia: ꝛ a quo finis manet in eo: sed non principium. Tex. ꝛ com. xliij.

A quo autem primo mutatum est illud necesse est esse indiuisibile: qđ greci athemū vocant. Dico autem p̄mū cui gratia sui ꝛ nō gra alterius attribuit mot⁹ alteri⁹: dico q̄ sit pars eius uel totum ad ipsum: ꝛ non loquor ḃ de primo qđ fm tempus est primū: sed potius de primo qđ fm q̄ idem est primū ꝛ per se: ꝛ hoc est id cui sic cōuenit mutatio: uel mutatum esse: q̄ nō potest inueniri tempus in quo mutatio conueniat alteri q̄ sit aliquid: hoc est aliqua pars ei⁹: ꝛ de ḃ dicimus q̄ est diuisibile cui conuenit mutatum ēē uel mutationem esse ab ipso. Non enim sunt nisi duo quibus hoc modo attribuitur mutatum esse in mutatione: quorum vnum est finis mutationis ꝛ alterum p̄ncipium: ꝛ similiter est in continuo omni. Omne enī continuū est inter duo indiuisibilia ꝛ ideo cum motus ꝛ mutatio accepta cū motu sint continua: oportet q̄ sint inter duo indiuisibilia: et hoc quidem declaratur per deductionem ad impossibile. Si enim det aduersarius veritatis q̄ primuz in quo mutatum est quando mutatum est sit diuisibile: tunc id primū sit signatuz per. a. c. lineā ꝛ diuidatur illa fm punctum quod signaī per. b. ut vna pars ei⁹ sit. a. b. ꝛ alia pars sit. b. c. Si igitur id quod mutatum est sit mutatuz in vtraq; istarum partium in. a. b. ſ. et. b. c. tunc per diffinionem primi quaz diximus sequitur q̄ non sit mutatum in toto. a. c. sicut in primo: quia primum diximus esse idem quod per se cui cōuenit mutatū esse non gratia alterius q̄ sit aliquid eius hoc ē q̄ sit pars eius. Si autez dicat aduersarius q̄ in vtraq; partium transmutatur: ꝛ in toto est in transmutatuz eē ꝛ sic transmutatum esse cōuenit gratia totius: ꝛ nō gratia partiū: hoc est impossibile: quia totum non habet aliquid nisi in partibus: totum dico acceptū in ratione continui. Cōtinuū constituitur ex continuis sicut supra diximus: ꝛ ita non potest dici q̄ ī vtraq; parte sit transmutari: ꝛ in toto in transmutatū esse: sed potius necessarium ē si in vtraq; parte transmutatur: qđ etiam in toto transmutaretur. Et si in toto est transmutatum esse: qđ etiam in partibus sit in trāsmutatū esse. Sed tñ positum erat q̄ in toto eēt in transmutatū esse primo: ꝛ hoc ostensum ē esse impossibile. Eadē aūt ratio ē si aduersarius veritatis dicat q̄ id quod trāsmutatū ē in vna parte inest trāsmutari: ꝛ in alia imutatū esse cōuenit ei mutatū esse toti gratia ptis: ergo p̄us p̄uenit pti q̄z toti: sed positū est q̄ post p̄ueniret toti: ergo aliq̄d ē prius p̄mo qđ ē impossibile: ergo nō pōt dici q̄ illud cui p̄mo cōuenit mutatū esse sit diuisibile: ḡre non erit diuisibile in quo p̄mo mutatuz ē Linea aūt demōstrationis ē hec. a. b. c. Tex. ꝛ cō. xlv. ¶ Ex his eidē aūt tanq; corrolariū accipiemus q̄ id etiam qđ corruptū est: ꝛ id qđ factuz est in indiuisibili sic in p̄mo ḃ° qđē corruptū ē. Illud aūt iā gñatū ē. Sic aūt iā añ dixim⁹ id ī quo p̄mo mutatū ē in mutatiōe dr̄ duplicit: hoc est de duob⁹ tm̄. Unū enī dicitur in quo p̄mo p̄fecta est mutatio. Añ enī mutatio venit ad finē ꝛ ē perfecta tunc verū est dicere q̄ mutatū est ꝛ gratia alicuius per se dicit imutatū ēē: quia gratia finis. Aliud vero p̄mū dicit in quo cepit mutari. Dico autem in quo sic in p̄ncipio: ꝛ nō in quo eē habuit mutatio.

Non enī mutatio est in indiuisibili licꝫ sit ab indiuisibili sic a ꝑncipio:ꝛ id ꝑncipiū nec̄e ē idiuisibile esse si ipm̄ sit ꝑmū ꝛ per se ꝑncipiuꝫ mutationis per eandē necessitatem per quā finis mutationis est indiuisibilis:ꝛ oīno in ipso non est mutatio:sꝫ continue post ipsum:ꝛ ab ipso:sicut nec in indiuisibili qđ est:finis est mutatio:sed ante ipsum et ad ipsum:sic enim linea se habet ad duo puncta inter que est ipsa linea Tex.ꝛ cō.xlvj. ¶ Illud autē ꝑncipium qđ dicit esse ꝑm finē mutationis existit in esse:ꝛ hoc etiā est illud qđ est per se:ꝛ ꝑmo in hoc qđ mutatuꝫ ē:ꝛ hoc ideo:quia oportet q mutatio perficiaꝫ:non aūt perficitur nisi in suo fine. Et iaꝫ ante ostensuꝫ est q mutationis finis est indiuisibilis:ꝛ aliter nō esset finis per se:sed per alterum qđ esset pars eius ut superius diximus. Illud vō primū qđ oīno primū est illud est a quo est mutatio:ꝛ illud non habet esse cum primū probatum sit q mutari est deficere:uel sequitur ad deficere:ꝛ illud quod deficit est ꝑncipium ex quo est motus ꝛ mutatio. Principiū aūt mutationis nō est,ppter hoc q mutatio est de numero successiuoꝝ: ꝛ non dico ꝑmū tm̄ id ex quo a ꝑncipio est motus: uel mutatio ꝑm actuꝫ: sed etiam in toto motu id ex quo est motus nō est neq manet vbicūq accipiatur: neq etiam est tempus aliqđ in quo ꝑmo ꝛ per se mutatū illud qđ mutatū est:sicut nos infrā ꝓbabimus: sed est idiuisibile tēporis. Et quia nos ostendim9 q ꝑncipium ex quo est motus siue sit ꝑmo ꝑmuꝫ siue secundo ꝑmū:siue tertio primū exclusa ē questio quoꝝūdam quare non ostēdatur esse medium sicut ꝑmū:cum mediū etiam mutationis non maneat:sicut neq ꝑmū. Adhuc aūt non sunt audiē di qui dicūt motū habere finem et ꝑncipiū:sed finez habere indiuisibilem:et non principium:quia hoc falsuꝫ esse patet ex predictis. Adhuc autez si quis dicat vtrūq indiuisibilē habere motum:sed tm̄ a perypateticis non fieri mentionē nisi de fine:sicut nec Aristo.ut illi dicūt de fine loquitur nisi de fine patet per ante dicta q falsuꝫ dicunt:ꝛ dictū eorū ex prava intelligentia littere Arist.oritur cū sic hic dictū est dicat Arist.ꝛ sicut hic dictū est explanant eū cōmentatores.

¶ Capi.v.q nō est ꝑmū in mutatione:neq in eo qđ mutatum est. Tex.ꝛ com.xlvij.

Sed aūt ea que dicta sunt vera sunt:dicit:facile ꝓbabimus q in mutatione non est aliqđ ꝑmū:sicut nec in aliquo cōtinuoꝝ: si ꝑmū sumaꝫ ꝑm superius habitaꝫ diffinitionem: hoc est cui ita attribuitur mutatio q non gratia alteri9 conueniat. Cū enī non oīs mutatio sit continua non ē accipere quātūcūq paruū q mutatio ē qn sit infinitū diuisibile:ergo ante quācūq partez est pars prior:ꝛ post quācūq partē est pars posterior:ꝛ sic nunq erit mutatio alicui attributa ita q non alteri cōueniat. Primum aūt fuit qđ cōuenit gratia sui:ꝛ nō gratia alteri9: ergo in nulla mutatione est accipere ꝑmū. Si autē dicat aduersari9 q in mutatiōe non est accipere ꝑmū qđ est mutationis pars:ꝛ mutatio eo q quelibet pars mutationis mutatio sit. Sit igiꝫ ꝑmū.a.d. tota aūt mutatio aliqua cui9.a.d. sit pars cui per ꝑmo conuenit eē mutationē. Si ergo.a.d. sit id mutationis cui ꝑmo cōuenit esse mutationē:aut ē diuisibile:aut indiuisibile:ꝛ cōstat per ante dicta q nō est diuisibile:quia indiuisibile mutationis nō est in diuisibili tēporis:sed in indiuisibili poti9. Sicut igiꝫ mutatio est ex indiuisibilib9:ita tēpus erit ex indiuisibilib9 que sūt ipsa nunc:ꝛ hoc supra improbatū est. Sicut igiꝫ.a.d. mutatio cōponiꝫ ex indiuisibilib9 ita ꝛ tēpus in quo ē mutatio illa eo q supra habitū est q oīs mutatio est in tēpore. Ampli9 si.a.d. est quedā idiuisibilis mutatio:sit tēpus illd i quo quieſcit illud qđ illa mutatiōe mutaꝫ.a.c. Qđ aūt quieſcit in toto aliquo tempore quieſcit in qualibet parte ipsius:ergo quieſcit in parte temporis q̄ est.a Si ergo.a.d.ponitur esse impartibile tūc erit in spacio indiuisibili:ꝛ in indiuisibili temporis:sꝫ inter finem quietis ꝛ ꝑncipiū motus non est tempus:ꝛ iteruꝫ nūc non pōt esse mediū: quia nūc nō est consequens ad nunc:ergo in eodē ꝛ gratia eiusdem est aliquis quieſcens ꝛ motū simul quod est impossibile:quia absq dubio in.a.ponitur quieſcere:ꝛ illud est indiuisibile:ꝛ etiā in indiuisibili loci ꝛ tēporis. Cū aūt ꝓcedit mutatio usq ad.d.tūc est mutatio ꝛ indiuisibilis: ꝛ cum sit indiuisibilis est in eodē tota mutatio.a.d.in quo est.a.quod est primū mutationis:ꝛ sic erit tota in indiuisibili tēporis quod est.a.c.quia si motus ē indiuisibilis ꝛ tempus erit indiuisibile:constat autē q quieſcit in principio illius tēporis:ꝛ post principiū continue mouetur:cū sit indiuisibile principiū temporis est idem cū toto tempore:sed in toto mouetur:ꝛ in ꝑncipio quieſcit:ergo in eo qđ est idez re indiuisibile tempus quieſcit ꝛ mouetur. Similiter autez sequitur de fine temporis:si enim in toto tempore mouetur:in fine temporis necessario quieſcit:et si tēp9 dicatur indiuisibile erit subiecto idez tempus ꝛ finis tēporis. Si igitur in fine quieſcit:ꝛ in toto mouet sequit q in eodē indiuisibili tpe qeſcit:ꝛ iā motū ē qđ ē impossibile:ergo ñ pōt dici q.d.a.sit idiuisibilis sicut alia pars mutationis. Si autē sit mutatio diuisibilis ostēdem9 q in ea nil est ꝑmū. Sūt enīz tota mutatio cui9 illa ꝑdicta est pars signata p.c.

a.d.ita q̄ ỹna pars ei⁹ sit.a.c.ꝛ alia.a.d.aut igitur mutatio sit in vtraq; partiū mutationis:aut in neutra:aut in altera tm̃. Si detur q̄ in neutra est mutatio:tūc cū totum nō sit nisi ex partib⁹ constitutus seqūtur q̄ nec in toto mutatio sit:ꝛ hoc ē falsū:quia positū est in toto eē mutationē. Si aūt datur q̄ in vtraq; sit mutatio:tūc cū mutatio sit cōtinua ꝛ successiua:sequtur q̄ ꝑus est ſm ꝑmā partē q; ſm totū ergo mutatio non est ꝑmo attributa toti:ꝛ siliter de partis parte:ꝛ de parte illi⁹ partis:q; quālibet ē accipere prioꝛē. Si aūt in altera tm̃ sit mutatio:tunc non erit verū q̄ eēt post in toto ſm diffinitionē primo habitā:siue ergo ꝑmū dicatur indiuisibile:siue diuisibile nō potest eē ꝑmū q̄ sit mutatio ī alia mutatione:ꝛ hoc ē quod volum⁹ demōstrare. Figura autē demōstrationis est hec.c.a.d. Tex.ꝛ com. xlviij. ¶ Siliter aūt demōstrabitur q̄ etiaz.c.a.in eo qđ mutatū est inquātū mutatuz est nō est aliqd ꝑmū qđ sit ꝑmū ſm p̄dictā diffinitionē. Si autē dicat aduersarius q̄ id qđ transmutat habet ꝑmū ante q̄ nihil sit accipere de ipso:dicam⁹ q̄ tūc trās mutatū totū signatur p.d.e.ꝛ diuiditur in puncto z.ita q̄ ꝑma pars eius que ꝑmo ē trāsmutata sit.d z.et vltima ꝓs eius que trāsmutat sit.z.e.ꝛ dicam⁹ q̄ tota magnitudo.d.etransmutat successiue ſm ꝓtes:ita q̄ ꝑma ꝑs in ꝑma parte tēporis:ꝛ secunda pars eius in scđa tēporis transmutat:ꝛ sic deiceps de ꝑtibus tēporis:et partib⁹ trāsmutati:sitq; tēp⁹ in quo ꝑma eius pars que est.d.z.trāsmutatur.t.i. Superius enī demōstratum est omne qđ mutatur diuisibile eē:ꝛ ideo ipotheſis ē impossibil. ſm igit istam potētiaz tota pars eius quod mouet qđ est.d.z.mutat in toto tēpore.t.i. cū illud tēpus habeat ꝓtes oportet q̄ medietas eius que ē.d.z.mutetur in medietate tēporis.t.i.ꝛ iterū medietas medietatis tēporis:ꝛ sic in infinituz:ergo in eo quod mutat non ē accipe aliā partē ꝑmam:quia añ quālibet est accipere aliā prioremz cui⁹ cōuenit mutatū eē:ꝛ gratia cui⁹ cōuenit alteri que in ipsam diuidit:ergo in eo qđ trāsmutatur nō est accipere ꝓtez ꝑmā. Figura aūt est hec.d.z.e.t.i.quā vides h. Tex.ꝛ com.xlix. ¶ Qđ quidē igit neq; in eo q̄ mutat:neq; in eo in quo mutat:hoc est in tē pore:siue ēt in ipa mutatiōe:nō sit accipe ꝑmū:manifestū ē ex dictis. Sed tm̃ id quod mutat ut forma siue ut gen⁹ ſm q̄ est mutatio non se habet siliter. Tria enī sunt que a mutatione denominantur.scz illud quod mutatur:et in quo est mutatio ipsa:et illud in quod est mutatio:ꝛ horum exempla sunt: quia id quod mutatur est sicut homo uel astrum: ꝛ illud in quo est mutatio est tēpus:ꝛ illud ī quod est mutatio est sicut albū uel locus:uel aliud tale:ꝛ homo quidem ꝛ tempus:ꝛ generaliter illud quod mutatur:ꝛ illud in quo est mutatio:sunt indiuisibilia per se:eo q̄ quanta sunt per se: sed de albo siue de eo in quod est mutatio est alia ratio. Nō enim semper per se diuisibile est illud in quod fit mutatio:sed illud est diuisibile per se ꝛ per accidēs:ꝛ si large sumatur diuisio ad diuisionez per se ꝛ per accidēs:tunc omnia tria sunt diuisibilia:eo q̄ subiectum cui accidit albū aut quale sit per se diuisibile Quecūq; aūt diuidūtur per se ꝛ nō ſm accidens illis non cōuenit habere primū:sicut in magnitudinibus nullum est ſm dictā diffinitionē primi. Si enim dicat aduersarius q̄ aliquid quod mutatur habeat ꝑmū:sicut magnitudo que mutatur:sit igit magnitudo que mutatur.a.b.ꝛ moueatur ex parte.b.i.c.spaciū. Spaciū ergo in quo mutatur figuratur per.c.b.lineaz. Queramus ergo vtrum spacium.b.c. sit indiuisibile uel diuisibile. Si indiuisibile:tunc oportet q̄ magnitudo spacij sit composita ex indiuisibilibus:qđ est falsuz:ꝛ supra ipobatū. Si aūt est diuisibile tunc quelibet pars eius est diuisibilis:ergo cū pars eius diuisibilis diuidi tur:igit ꝛ tunc anterior pars eius est que est.c.erit prior ipsa in eo qđ mutatū est:ꝛ iterum per eandē necessitatē erit alia pars prior ista:ꝛ semper curret sic:eo q̄ diuisio spacij signati per.b.nullo mō deficit:sicut non deficit diuisio alicuius cōtinui:ꝛ ideo prius motū est.a.b.ī id quod vocatur.c.ergo nullum primū est quod mutatum est: ita q̄ ante ipsū nihil sit accipere in quod prius mutaretur. Similiter autē est in mutatione que est in genere quantitatis. Illa enī mutatio est ad id quod ē per se cōtinuum. Manifestum est igitur q̄ non cōuenit diuisibile esse per se in quo est mutatio nisi in quanti tate:ꝛ in illo genere est indiuisibile:aliquid quidē per se ꝛ non per accidens diuisibile: quia motus non est nisi ad formā que distenditur ſm quanti tatem in subiecto inuentam. Figuratur autem sic demonstratio ꝛ mobile quid sit linea.a.b.ꝛ spaciū sit linea.b.c.sicut vides hic .a.b.uel aliter.b.c.d. b.b.c.

¶ Capi.vj. de ꝓprio ꝛ cōmuni tempore motus et q̄ ex hoc probatur q̄ omne iam infinities mutatum est. Tex.ꝛ com.l.

Quoniā aūt sicut predictum omne quod mutatur aliqua mutatione mutatur in tē pore:dicitur ipsuz dupliciter in tempore mutari:aut mutatur in tēpore:q; tēpus ē sua mēsura ꝑma ꝛ ꝓpa adeqta ei:aut mutat in tpe qđ nō ē sua mēsura ꝑma ꝛ ꝓpa ꝛ ei adequata:sed in parte sua mutatur:verbi gra. Dicimus enim q̄ aliquis motus fuit in anno non intelligentes q̄ durauerit

q

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

